



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [1]






Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [1]



ADRIA

FOR

AD

ADH

PU

CAS

Edin No

Yucta

HADRIANI BEVERLANDI
 DE
 FORNICATIONE
 CAVENDA
 ADMONITIO.
 SIVE
 ADHORTATIO
 AD
 PUDICITIAM
 ET
 CASTITATEM.

Editio Nova & ab Autore correcta.



*Koninklijke
 Bibliotheek
 te 's Hage.*

Juxta Exemplar Londinense.

clō lōc xcviij.

MADE IN THE NETHERLANDS

DE

FORNICATIONE

CAVENDA

ADMONITIO

SIVE

ADHORTATIO


AD

PUBLICITAM

ET

CASTITATEM

Authore Johanne de Witt



Amstelredamum, apud Joannem Blaeuw

1674

Fragment of text from the reverse page, including words like 'ADU', 'Habe', and 'que ad'.

Viro Clarissimo

EDUARDO BERNARDO

S. P. D.

Hadrianus Beverlandus.

Quamvis tuæ literæ, Vir
Clarissime, nonnihil ha-
beant ac redinis, singula-
rim tamen mihi attulere dulce-
nem. Sciebam enim te illas non
vulnerandi, sed sanandi causa scri-
psisse. Quare non possum non
gratias refundere maximas pro
illubri admonitione. Profectò
συκύπικρον istud candidioris amici
que adeo cor meum pertentavit
animum, ut nihil magis habeam

A 2

in

Dedicatio.

in votis quam præfens à præfente
identidem eodem ^{ἱερῶ πικρῶ} irrigari
ac perfundi. Et cum fama mea la-
boret (quà jure quàve injuria defi-
niat Lex Rhemnia) enitar omnes
illas calumnias vitæ morumque e-
mendatione eluere. Fateor me sæ-
culi deliciis inescatum in lubrica
illa femita cecidisse non semel.
Non tamen sponte nocens, sed
^{ἄναίως}, ut alii viri egregii, lapsus
cinere & cilicio peccatum expia-
vi. Ex quo placuit Deo se mei mi-
fereri, & Serenissimo Regi visum
fuit me postliminio restituere in
patriam, desii quoq; pœnitendas
sectari voluptates: adeo ut juveni-
les infirmitates nunc non plus ad
me

Dedicatio.

ne spectent quam ad infantem secundinæ. Et cum nemo ex muliere satus perfectum habitum consequi possit perseverandi in puritate, nam lex hujus peccati semper obactatur legi mentis renovatæ) ideo peto ut tuo in rectam semitam lupinde retinear consilio. Cum longioris vitæ prædem arcessere non possim, tempus est ut inter vitæ mortisque diem statuam interstitium, quo cœlestia possim cernere & tandem Christo duce adire. Quod ut ritè perficerem non potui alium exoptare Inspectorem quam e εὐσεβέσπον. Citatis itaque passibus Oxoniam versus propero. Deditam in procinctu ipsis Kalendis Februarii A. D. clō Iōc xc.

A 3

Inimicis

Inimicis Pacem.

CUM Libellum meum de P. O. post sexdecim annos forte mihi monstraret ac prælegeret Germanus, vix exprimere potui qui fuerim consternatus quod scripturiens talibus tempestatibus olim jactatus essem. Damno colorem improvidæ illius ætatis. Detestor adulterinum stylum & nequiores sensum. Gratiâ Deo quod tandem velamen, quo miser è cæcutiebam, ab oculis meis amoverit, nec si verit me diutius huic pertinaciæ patrociniâ quærere absurdiora. Idem ille cordium scrutator Deus adeo mihi fuit propitius eamque mihi mentem dedit, ut omnia, quæ de hoc argumento scripseram, combusserim, & libros de P. V. ad Rectorem M. Academiæ Lugdunc-Batavæ transmiserim. Rogo omnes qui clàm, vi vel precario aliquid à me possident MS. ut istud mihi remittant, ut & id ipse quoque tradam Vulcano. Quod si quis negligat, illi omnes imprecor calamitates quæ Maligno & Perfido solent contingere. Hoc vestra intererat non ignorare.

HADRI-



HADRIANI BEVERLANDI

DE

Cavenda Fornicatione

ADMONITIO.

Permittite, Academici ut vos exhorter ad Pudicitiam & Castitatem. Quanquam mihi non arrego ut recta præcepta ipse æger valeam dictare: conator tamen, quantum mea mediocritas fert, homunculus unus è multis vernans, talia ægrotis suggerere consilia, quibus naturæ vitium, si non in totum deponere, at saltem non ultra fovere pergant quantulocunque modo edocti. Et cum primæ schedæ

A 4

non

8 *De Fornicatione Cavenda*

non nimis verecundæ displicuerint multis, spero has chartas, quas magno temporis & ætatis intervallo literis esse mandatas stylus indicat, offensuras nullis. Quantum in orationis, tantum in vitæ genere profecimus, quod utrumq; nunc temperatum esse jurati quoque hostes non negabunt.

Quoties crudeles illas, quibus tantopere insaniunt impuberes & ultrò in sui exitium ruunt pubescentes, recogito petulantias: toties indignatione commoveor, quòd duo vel nemo temerè ac impunè in nefarias has passiones prorumpentes, figuratè aut apertè redarguerit, aut maturè seriòque represserit. Nulla alia magnopere re perseverant flagitiosis desideriis indulgere minores, quam quod ea flagitiosa esse ignorent. Tardè cognovi fraudi esse adolescentibus, quod nesciant se sua vivendi spatia præcipitare, avidè atque effrænate obsequendo voluptatibus corporis. Cùm itaque stupor ætatis sibi ipsi fit maxima clades, non intempestivum fore putabam, si caliginem, qua universa premitur pubes, discuterem, & instantis pariter ac æternæ mortis, quod inopinantibus imminet, inhiberem ac averterem periculum. Licet multò satius videri possit hasce
ne-

ADMONITIO. 9

nequitas silentio damnare; facit tamen morbi epidemici gravitas ut de remedio cogitare debeamus. Novimus quanto quis odio, ubi maturior tristissimas stultitiæ suæ poenas pendet, prosequatur illum, qui primus amentitiæ frœnum laxavit aut supparasitatus fuit. Ob hanc indulgentiam matrem, ob eandem conniventiam Senecam multis execrationibus proscidit Nero. Agedum, sui oblitos ad sanio rem mentem revocemus, sanitatis sanguinisque sui prodigos discriminibus liberemus.

Nullum animal ab satu ad mortem festinat: solus homo in natalis sui exordio in suum suapta sponte ruit parricidium. Simulac sciendi cupido *Quomodo in mundum pervenerit homo?* se incipit in puero moveri, statim fit inquietus, subargutus: ubi eam indeptus est notitiam fit ingeniosè procax. Per totum adolescentiæ tempus hoc pruritu conflictatur misellus, & quanto ingeniosior, tanto nequior atellus.

Ne itaque intempestivè hæc scientia adolescentulos incitaret, oportet tenellula ætas roboretur *Innocentiâ*. Tum regi debet puer cum incipit se posse regere. Nam

A 5

cum

cum sibi videatur maximè sapiens, idiotâ stultior est.

Hos stultos ante cæteros obsidet antiquus Draco. In iis delicias facit Saclan. Et ubi in lecto indomiti phantasiis se dant prætextati, cum illis pervigilat κύπεις donec eos his irretiat erratis.

Vos qui cupitis liberos innocentes, ne finite eos solos, vel cum ejusdem ætatis pueris dormire. Si illos velitis integros ac incolumes ne permittatis vestros cum abjectis, petulantibus, & laceffentibus ludere aut natâre. Nam cum relaxandi causa se jucunditati dat juvenus, sæpe Davus aut Geta vernili blanditia herilem filium scitu exitiosissimum docuit. Trivialis sortis pueri, plerumque majorum ejusdem educationis juvenum nequitiiis incrustati, solent verniliter bene natis blandiri & alter alterum in vitium trudere. Quare arcete à familia vestra malè præcinctos & in liberorum tuorum convictum arcescite æqualem lectissimæ pubis delectum. Adolescentes sanctiore disciplina muniti parata exitiis brevia pælucentibus pharis fideliter notant ac indicant. Præterea vos parentes cavete ne quid fœdum, turpe, lascivum

ADMONITIO. II

ascivum, triviale aut scurrile in eorum conspectu faciatis aut dicatis. Curate ne talia efferatis quæ malè suspicium σαφροσύνη accendant. Tenerrima in minutis oculorum auriumq; verecundia. Animum ad quodvis intendunt nasutuli. Ad anceps verbum dubitant ingeniumque advocant auriti. Et cum maximè, naturâ stimulante, sensuum delectationes appetant ἐφίβοι, omnia quoque in delectabiliorem deflectunt partem, nunquam sibi ipsi non infesti:

Cuivis affectui fervidè inserviunt adolescentuli & dum quod velint promovent, quasunque occasiones non tam legunt quam rapiunt. Sæpe blanda titillatione incensus inhibetur à pudore: sed ne flamma interiores edat medullas, se subducit in diverticulum & ad pessimum quodque descendit commentum. Cum itaque suspicionibus minimis commoti, aucupiis lumbos perurentibus se pascent improvidi, ideo illis adsit Ephorus, qui eorum gestus & gressus observet, insubidosque eorum appetitus miti censurâ, pudoris fræno, domet. Josephus fratres ex Bala Zilphaque natos inter segnia voluptatum

12 *De Fornicatione Cavenda*

tum ad hanc temulentiam pronos accusavit detulitque ad Patrem Jacobum, *Gen.* xxxvii. 2. qui itidem alia, sed falsa, commenti sunt ut adolescentem facerent invilium.

Plato dubitat an à pœna capitis possint excusari qui tam malitiosè se destruunt. Plinius illos veneficis comparat, quæ partum medicamentis abigunt. Marcionis mollitiem immani Herodis crudelitati æquiparat Tertullianus. Æschines ob hoc crimen Timarchum è consortio hominum proscripsit. Utut sit, ne conniventia Pontici fiant deteriores, patratum facinus severâ emendatione lustrandum. In Gallia si inter collusores quispiam tam profligata fuerit improbitatis, ut audeat hoc ἀμαρτημα committere, illum solet turba distento sago in sublime jactare:

Ibis ab excusso missus in astra sago.

Profectò nihil sanitati & crescenti vigori damnosum magis esse quam hanc stoliditatem norunt quotquot deliciarum carnalium pœnitere incipiunt. Sicut sanguinis profusio debilitat hominem, ita intem-

ADMONITIO. 13

impeſtiva ſeminis, quo conglutinated, ſereticio infringit & frangit crescentem. *καλθάκκς, ἐκτεθλυμένς κη' ἀσώτςς*, celeri viâ ad effoetam labi ætatem nemo nescit, qui overit non magna molitione se perdere offe immaturos. Sicut ex Sodomæ pois, ita ex his malis intempstivè lectis, impla cinerum seges*. Qui à teneris hanc udet inchoare *ἐσκοπήν*, ille sui ipsius est *ἀσρωπ*Ⓞ. Simulac adolescens phantasiæ peratur incestæ, simul quoque concitatisimè tendit ad mortem. Qui tam pretioſum dilapidat oleum, is sibi sanguinolentas infert manus. Qui sævo sanguine manus suas commaculat, is sui crudelissimus interfector. Dissolvit conglutinationem, quâ, adversante naturâ, divulsâ pedetentim cinerescit homo. Proinde erudiat Doctor furiosos quam capitalis stupor sit è contra naturam incestare. Discant hi zerecundiæ suæ temeratores, qui tam inex-

pia-

* *Planta quæ citius quam par est floruit, flavescit. Fruges si spicam ante geniculum protulerit inanis erit & semen imperfectum ἐν κήπς Ἀδωνι-ωκῶ. Arriani Epictetus, iv. 8.*

14 *De Fornicatione Cavenda*

piabile scelus audent patrare, *Regnum Dei non possessuros molles*, 1 Cor. vi. 9. Quo dicto Ambrosius Augustinum, mollitie hac madentem, ab inani ac sterili voluptate revocavit ad virtutem.

Hoc flagitium, quod in perniciem generis humani dementia excogitavit, patranti voluptati est: sed ejaculato cæstro sequuntur maximi doloris aculei, qui mentem obtundunt artusque omnes & nervos depopulantur. Vos qui demum exitialem incipitis intelligere insaniam lanugine reserate pueriles errores, facitote finem suppliciiis tanti stuporis. Quis autem est integri sensus qui Diogenem falsis delusum imaginibus non abhorreat? Integræ famæ qui Dionem Prusæum non oderit? animi sui salutisque satagens, qui Jul. Cæs. Vanium non tardipedi Deo devoveat. Fit enim ὅπως νεκρόν. O demens!

Ipsam crede tibi naturam dicere verum,

Istud quod digitis, Pontice, perdis homo est.

Elementa hujus pruriginis eradicato monito D. Pauli, *Omniscio Numini præter in-*

no-

A D M O N I T I O 15

scientiam nihil esse secretum. Ille enim est
 timus cognitor, domesticus speculator,
 fiduus observator, individuus testis, &
 inseparabilis iudex, ultorque severus. Quis
 non timeat omnia videntem, occulta animad-
 vertentem? Qui istud figmentum malum
 nutrit, ille idem nunquam non experie-
 rit contumax. Hæc mollities in pueri-
 a fœmina est, ubi robusta evasit, mas-
 culus fit. Nam *si secundum viam tuam per-*
ixeris incedere, etiam cum senueris non re-
des ab ea. Prov. xxii. 6. Qui blandien-
 do dulce fovet malum, ille in sinu alit
 serpentem, educat scorpiones & emittit
 colopendras. Nolite puerilis demen-
 tæ memoriam refricare vel *ὑπειαυτολογος*
 ræteritas nequitiis enarrare in volupta-
 te: sed potius ista deliria recolligite pœ-
 nitentes in amaritudine atque dolore.
Mementote Creatoris vestri in diebus juventu-
ris vestrae, Eccl. 12. Cum optimus quisq;
 abstrahatur à labore, & detorqueatur ad
 voluptatem: ideo adolescentiæ Modera-
 tor pubem provocet præmiis ad corporis
 mentisque certamina, adhibito timore no-
 titenti. Ubi hæc ætas recens, tum plica-
 bilis; simulac dura nec corrigi nec refor-
 ma-

mari potest. Sicut quæ molli imprimuntur ceræ, altius descendunt: ita quæ primò imbibunt teneriores animi semper custodiunt. Prima formatio in omni ætate mirificos effert fructus, non solum quia nunquam deserit, sed usque in extremum vitæ tempus jucunda est. Quare si velitis ut ardua & aspera non detrectent majorenes, habeant minorenes laboriosam & *exercitam* juventutem. Coloris boni dignitas decet adolescentem: Hæc exercitationibus tuenda. Juventus non solum exercitiis membra fatigabat, sed & frigore atque pruina, inediâ ac fame indurabat corpora sua mentemque juveniliter exultantem severioribus studiis vigiliisque improbis politiùs limabat. Esuriendo, sitiendo, algendo, æstuando, studendo evadimus heroes. Hac arte Hercules, Achilles, Themistocles, &c. adolevere. Ne in segnitiam torporemque resolvatur pubes, semper laudibus extollenda est virtus eaque sententiarum inculcanda præceptis. Si cupiatis ut liberi tui rectè adolecant, pascite illos tali cibo, qui nisi esurientibus placere non solet. Firma corporis constitutio acquiritur cibus vulgario-

ri-

ADMONITIO. 17

us. *Bonarum rerum consuetudo pessima.*
lato jubet ut pueri ad vigesimum secundum
annum vini usum ignorent, atque ut
generis sint inexpertes usque ad solennium
nuptiarum tempus. Simile Crotoniatis
docuit Pythagoras, teste Jamblichō,

Satis est fluviusque Ceresque.

Cum plus æquo semper, quæ volunt,
petant juniores, ideo si spes vestras veli-
s habere salvas, parcius ætatulæ indulge-
re. Ventura damna non prospicitis si ob-
quaminis eorum passionibus. Assueti non
negatis, ubi evaserint potentiores, malo
more deliniti omnia immoderatè concupi-
unt. Largimini quæ possessione qui-
em jucunda, ita ut & fructu sint ne-
cessaria. In vestitu adhibenda non exqui-
ta munditia, sed moderata mediocri-
tas. Scrutantium curiositati subducendi
sunt libelli obscœni, lascivæ picturæ &
propudiosæ imagines, hinnientium dulce-
sines. Nunquam plus soleo succensere
quam cum quis scurrilibus facetiis virgun-
rum aures audeat temerare vel earum ocu-
los impudicis conscelerare & inquinare sche-
mis.

B

mis.

mis. Qui blandiore lingua permulcere & hisce iconibus irretire audet spectatrices, ille sincera vasa incrustat, & niveam lamnam inficit nigrore.

Harum incestarum rerum venditores non tantum tædis ardentibus arida subdunt virgulta: sed probrum castis, labem integris inferunt. His corrumpuntur boni, erudiuntur fracti & confirmantur jam ante perverſi. Non immeritò itaque Græci ac Romani Philiscum & Alcæum Laturium Priscum & Archilochum Parium proſcripserunt exilio, quod propudiosis fœditatibus juvenum animos contaminassent. *Ælian. ix. cap. 1. Tacit. iii. 50.* Cum in conviviiſ licentius loquantur paraſiti & satura convivæ, ideo frugaliores patresfamilias solebant filiolas è conspectu eorum ablegare, ne acerbæ earum aures scurrilibus vocibus polluerentur. Ipsæ matronæ reputabant se beatas, si interiissent antequam frons earum illiberalibus & flagitiosis verbis verberata foret;

*Vocibus obscænis omnique libidinis
arte*

utan-

ADMONITIO. 19

tantur *'Egeſai*. Ritus ciendi frontisque
xhilarandæ gratia jocis atque facetiis mul-
ere sæpe ſoleo ingenioſos : ita tamen ut
eligioſè iſtud decorum ſemper obſer-
em,

*Salva mihi veterum maneat modo regula
morum,*

Ludat permiſſis ſobria muſa jocis.

Cum quicquid primum fluit ex ampho-
a ſoleat eſſe limpidum, Deoque nihil
magis ſit acceptum quam primitiæ (cùm
b candorem tum ob ardentem favorem)
deo adoleſcentuli puro corde Deum co-
ant & aſſiduitate lectionis ſacræ habitum
modestiæ & frugalitatis ſibi comparent.
Orandum ut ſit mens ſana in corpore ſano.
tatas horas in templo, in choro verſetur
doleſcens & à Deo petat remiſſionem pec-
atorum & opem Spiritus Sancti, qua an-
iqui Draconis, qui per ovile Chriſti tan-
quam leo famelicus ſemper oberrat quæ-
ens quaquaverſum quem devoret, retia
avere & effugere poſſit : & pro impetra-
is refundat iterum Largitori gratias, & non
leſinenti lingua Munifici concelebret lau-
des.

des. Conciones sacrae quoque non segniter excipiendae. Polemo perditae luxuriae adolescens postquam Xenocratem contra voluptatem perorantem audivisset, conspuit scortillum. Acte, Neronis Concubina, Pauli apostoli institutione sacramentum militiae Christianae dedit, si fides
 * Chrysofomo ad *Philip.* iv. 22. Cum solus amans sua tædia fallere nequeat, atque hircuitallus plerumque evadat *ὕβρις*, ideo fugiendum est otium, & seriis egregiisque incumbendum studiis. *Otium qui rectè uti nescit plus negotii habet quam cui negotium est in negotio.* Nam otiosum, nisi vacet Musis, invadit & occupat temulentia. Si non temulentus, fit desidiosus, Desidia est suscitabulum cupiditatum, adjutrix vitiorum.

———— Ni

*Poscas ante diem librum cum lumine:
 si non*

Intendas animum studijs & rebus honestis,

Invidia vel amore vigil torquebere.

Improba

* Vide & *L. I. c. 4. adv. vituper. vitæ monastic.*
 vel potius *Poppæa Sabina*, de qua *Tacit. xiii. 45.*
Ann. Adde Joseph. Lib. xx. c. 7.

ADMONITIO. 21

Improba hæc Syren est tentatrix sanitatis. Ne homo lapsus nihil agendo vitam brevem faceret brevissimam providissimè Deus injunxit laborare. Frugi hominis est industrium, gnavum laborumque esse patientem. Boni patrisfamilias est frugalitatis & vigilantix exemplis præluere suis. Ex inertia luxus, ex luxu morbi, ex morbis mors intempestiva. Ne itaque nos nihil agendo sepeliamus vivos mortem laborando fallamus, agros sarculo findamus & ad cretam usque fodiamus. Cum ἐν περιστασι per nebulam objiciat peccandi irritamenta ideo non tutum est juveni in solitudine vagari. Crates cum in latebroso secessu videret juvenem ambulantem interrogavit, *Quid illic faceret solus? Mecum,* respondit, *loquor.* Cui Crates, *Cave ne cum homine malo loquaris.* Nam si salax sis, malo viro proximus es. Prava illæ cogitationes, quibus hominem in exortu perfodit Samael, nobis semper adsunt. Quod imaginationes ex traduce lascivientes prurientesque inchoant, ille perficit. Omnes lascivæ phantasiæ sunt ex Satana, I. Cor. vii. 5. Qui lascivis oblectamentis & ludibriis implicatus tentationibus dat lo-

B 3

cum,

cum, is incipit servire dominæ cupiditati, & cum obsequitur ad nutum ejus semper est paratus, & sub tyrannide impotentis sui hostis est quasi catenatus. 2 *Corinth. v. 5.* Cum itaque Spirituales nequitia mimum agere non desinant, ideo melius est cum quolibet esse quam secum. Cum lasciviendi occasio tollatur convictu juvenis probi, qui vitæ suæ modum habet, ideo imprudenti semper adsit εὐσεβες, coram quo peccare non audeat. Convictor cum contubernali prodeant foras. Sic alter alteri in æmulationem virtutis accendet. Nulla res nos magis ab incepto pravò avertet quam si cogitemus Deum non tantum Inspectorem esse actionum nostrarum, sed & primos in cerebro motus lascivos scire & detestari. Si tamquam illo omniscio auspice mur cogitare & sic finiamus differere, nunquam tentationibus abripiemur perversis. Sicut Deo nihil acceptius puro animo: ita quoque nihil ei invisum magis quam spiritus immundus. Cogitemus cerebrum nostrum templum esse Dei. Si hoc delubrum hujus sæculi reduviis sit inquinatum & malarum cogitationum sordibus pol-

ADMONITIO. 23

pollutum; necesse est Spiritus ejus sanctissimus recedat atque abeat totus. Quomodo purissimum Numen inhabitare vellet impurissimam cavernam *πυλῶμα ἁγίασμα*; Quare avertamus mentem à cogitationibus Deo exosis. Hæc est voluntas Dei ut salillum animi semper circumferamus mundum. Ὅτε πᾶς ἀνὰ θάρσος οὐκ ἔχῃ κληρονομίαν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν Χριστῶν καὶ Θεῶν. Si velitis hoc possidere purum, hanc tenete formam vivendi ut tantum corpori consulatis.

Quantum Socratici ceperunt ante penates. Si pater sis vive castè & temperatè. Nam si ipse fueris nepotatus, fieri aliter non potest quin tui filii tua quoque legant & mox impleant vestigia, *Peccaturo obstet tibi filius infans.* Cum Ἀφροδίτης γάλα τὸ οἶνον ἔφη ideo utamini vino exiguo 1 *Tim. v. 23.* Crates venereorum affectum cataplasma dicit esse famem. Hieronymus obluctantem carnem inediâ quorundam dierum subjugabat. *Epist. 22.* Hilarion ventrem modio subinde castigabat iniquo. *Quid faciam a felle ut non calcitres; Non hordeo, sed paleis te alam.* Mulierolus Stilpo vitiosam naturam ita duro vitæ genere compressit, ut nemo unquam in eo libidi-

24 De Fornicatione Cavenda

nis orexin videriti *Estote sobrii*. Athletæ ut lucrarentur *Βεγεσιον* abstinebant ab ingluvie ac Venere. *Alian. xi. 3.* Quod si hoc fecerint vani ut obtinerent gloriam, quid non faciendum Christianis, qui subactâ ac domitâ cupiditate non caducam, sed immarabilem reportabimus coronam.

Neque ullo alio fundamento cæteræ superstrui possunt virtutes quam temperantiâ. *Jejunium* enim purgat mentem, sublevat sensus, nebulam cordis dispellit, carnem subjicit rationi, libidinis ardorem extinguit, inducit castitatem & accendit lumen pudicitia. Hæc ille Expatrator Augustinus.

Vere spirituali Christiani jejunabant in pane, sale & aqua usque ad noctem, *Augustin. i. 33. de Morib. Eccl. Epiphan. iii. 75.* Abstinebant à carne & vino, *Chrysof. Hom. 8. de Pœnit. & Venere. 1 Corinth. vii. 5.*

Cum pecori os humile & pabulo proximum, homini vero vultum erectum sublimioremque dederit natura; videtur ea hanc nobis imposuisse personam ut glorificemus creatorem nostrum in corpore & spiritu, quæ sunt Dei. Alendos non saginandos nos ratio docet. Quo quis magis corpus suum saburrat
eo

ADMONITIO. 25

eo illud magis enervat. *Hippocrat. Aphor. ii. 10.* Nemo majora morbis quin & morti suggerit pabula quam qui voluptati subministrat alimenta. Apostolus Cretenies homines impurissimos cum Epimenide vocat *γαστέρας ἀργαίς*, *Epist. ad Titum, i. e. πολυφάγους ventres celeriter degerentes* quicquid receperant cibi & semper inanes. Qui prostratum appetitum acrioribus cibis acuit, is seipsum armat in suum exitium sibi que justa facit. Non tantum corpus lædit intemperans, sed & animum suum in discrimen adducit. Animi acies vigorque supprimitur crapula, & velut luto cœnoque demergitur. Omnis corporis sagina noverca rationi. Nam cum ratio receptaculum suum habeat in cerebro, illud nimio sanguine humoreque obrutum hebetet, mentem ejusque functionem gravet intellectumque avertet necesse est. Viget quidem ratio, sed contagio corporis ægrescit. Mens corporeis sordibus gravata premitur in terram: inque terram depressa & terrenis ponderibus curvata non potest concipere spiritualia.

O curva in terras anima & cœlestium inanes.

B 5

Cum

26 *De Fornicatione Cavenda*

Cum caro dominatur famulatur spiritus: cum mortificatur caro vivit spiritus. Nam cum animus à corporis obsequio decesserit, iterum fit sui compos. Amici cujusdam languor admonebat Plinium *optimos nos esse dum infirmi essemus*. Lib. vii. Ep. 26 adde 2 *Corinth.* xii 4. Quisquis ergo animum mentemque suam exoptat vegetam atque alacrem *sit sobrius*. Generosior spiritus animum deducit à corpore & cum meliore & divina parte versatur. Anacharsis quia sobrius & abstinens ideo continens & sapiens. *Strabo* l. vii. Si mens per hanc vitam hisce cœni voraginibus fuerit immersa, non poterit corpus deserens illico fieri particeps divinitatis. Ex quo suas exuvias deponit animus, eodem, quo semper fuit prostratus, manebit sopitus sopore:

Quin & supremo cum lumine vita relinquit,

Non tamen omne malum miseris nec funditus omnes

Corporea excedunt pestes: penitusque necesse est

Multa diu concreta modis mollescere miris:

Ergo

ADMONITIO. 27

Ergo exercentur pœnis veterumque malo-
rum

Supplicia expendunt —

Proinde non nisi profusus stupor videri potest nutrire animi desertorem & corporeis voluptatibus cœlestes, ad quas capiendas nati & instructi sumus, prævertere delicias. Ne itaque mens perituri corporis sit mancipium, sed potius melioris partis flammula ardeat, æternæ mortis apparatus vigilantia ac sobrietate avertamus. Vos autem commilitones, qui insperatis pecuniis ditati largitate nimia insolentiùs commessamini, nolite vos perditos longius perdere. Difficile est finem facere libidini nisi crapulæ feceritis. Non tam mare, vento æquor turbante, sævit quam medullæ in spina dorsi vino calefactæ & inflammatae. *Vel heri in Vino quam immodestus fuisti!* Temulentus amabat nuda videre & ὀδελυρὸς monstrare. *Habacc. ii. 15.* Sicut Dalila Sampsonem & Combabum Stratonica non nisi ebrios sollicitarunt, ita istæ veneficæ, quæ lucem perosæ vagantur per plateas, non nisi concubia nocte

VOS

28 De Fornicatione Cavenda

vos ebrios adoriuntur. Quare si velitis vestri compotes & has harpyas, has pestes, has cloacas præterire, ne mentis calorem vino obruatis, sed mordicus hæc tria reneatis.

Vesci citra saturitatem.

Impigrum esse ad laborem.

Vitale semen conservare.

Ex diurnis commestationibus impura proveniunt somnia. Qui edunt priusquam esuriunt, quique bibunt antequam sitiunt, vivo gurgite exundant. Celsus l. iv. c. 21. præscribit ut incontinentes ex aceto edant rutam vitarentque ne supina dormiant; sed in utrumque latus, in aurem tempora, quietis sedes se vertant. Addit Plinius lib. xxxiv. c. 18. laminam plumbeam lumbis, radicem cicutæ testiculis applicandam, foliaque agni casti stragulis substernenda. Verum hæc omnia Leydæ inveni farfari esse folia. At vero ex quo in Britannia cœpi negligere cœnas, desit me noctu interpellare Cupido. *Etiam in noctibus erudiverunt me renes mei.* Psal. xvi. 7.

Pessi-

ADMONITIO. 29

Pessimus est mos à vespera ad noctem protrahere cœnas atque ad satietatem e-
lere. Immundi spiritus hac ratione non
ijiciuntur. Jejuniis macerari debent lum-
i & jecur refrigerari lactucis. Sic hoc
iet gelidum & illi temperati. Si ali-
quid cœnandum, quo somnus membris
possit conciliari lassatis, vescamini escis non
nutrientibus. Pascamini olivis, cichoreis,
portulacis, rutis & subinde malvis *Cum
maxima sit menti cum corpore affinitas,
ideo ad discutiendas lascivas cogitationes
prodest quoque Musica. Pythagoras, ut
phantasma hilare imprimeret phantasiæ
solebat cubitum petiturus lyram pulsare &
cogitationes sociare chordis: matutinus
πολύχορδον sumpsit in manus perturbatio-
nesque ex somniis collectas ejus modula-
tione expiavit, eâque indivini amoris
ascendit desiderium. Mitigatur & hic fu-
ror mutatione locorum. Non tantum cor-
pori sed animo salubris eligendus est lo-
cus: agri, thermæ, stadia, aliique loci
voluptatibus infessi moribus sunt exitiosi.
Vitandi tales non secus ac si pestilentia
essent

*Britanni olim unum ovum cum pane & lacte
aqua mixto vesperi edebant. Buda. iiii. 23. iv. 30.

essent infecti. Esseni, Therapeutæ, Pythagoræi, cum scirent omnia sæculi lenocinia viscata esse, in remotissimas abiêrent sylvas. Si tamen res tuæ exposcant ut in hominum frequentia cogaris versari, prudens meditatio præcedat gressus tuos & irretortum iter teneant palpebræ. Ferito cum oculis tuis fœdus, ne videant vanitatem. Cum levibus initiis oriantur incendia: ideo faciem averte à muliere formosa. Ἀρχὴ τῆς ἐρώων, ἡ ἀπὸ τῆς ὀφθαλμοῦ ἡδονῆς
Aristot. ix. Nicom. Simulac formosula lascivo conspectu intuita est hominem, incipit vir hæerere & caligare. *Hosea iv. 8. 11.* Levi signo palpebræ facit βοῶπις ut Argus apertis oculis pingat in tenebras. Ἔρως, ἔρως, ὅς καθ' ὀμμάτων σαζει πόσον, εἰσάγων γλυκεῖαν ψυχᾶ χάριν. *Theocritus in Helena.* Τῆς ποεῦτες ἐπ' ὀμμοῖσιν ἡμεροὶ ἐνῆι. *Jeremia lix. 10.* Catablepæ non tantum faciunt ut intuentes oculos habeant septemplices, & cæci fiant, *Proverb. vi. 32.* sed penetrabili hoc φίλτρῳ fascinant, jaculis occidunt Νυμφολήπτης. ὀφθαλμὸς δὲ ὁδὸς ἐστίν. *Misæus.* ὁδοὶ κάλλους οἱ ὀφθαλμοί. *Max. Tyr.*

Si itaque nolueritis mobili oculorum
 pe-

ADMONITIO. 31

petulantia fascinari aut jaculari sagittis,
 nolite ad sequacium pupularum fulge-
 tra respicere. Γνωακίς ὄμματα ἀκμάζου
 βέλ. Summa μαλακία desiderare in
 Cathedris puellarum. Cum perpetuo
 risu pulmonem aeraque osculis atque ca-
 chinnis impleant proci ac puellæ, fieri
 aliter non potest quin inexplicabilibus al-
 ter alteram irretiat laqueis. Animo virili
 muliebres alinuntur infirmitates, enerva-
 tur vigor, & majestas virilis in similitu-
 dinem sui consortii discingitur ac solvitur.
 Et cum ad universi contemplationem maxi-
 ma impedimenta sint mulieres, ideo stu-
 diosus, quamdiu Academicus, ne somni-
 ando quidem cogitet has formæ suæ nun-
 dinatrices. Lydia Sybarin gymnasi florem &
 olei decus amando perdidit. Quare antequam
 ætas dederit censendi, cavendi & eligendi ma-
 turitatem, nolite ad has cruces descendere.
 Quod si casu incidatis in virgines, semper
 erga illas adhibitote reverentiam. Vere-
 cundiâ oris frontisque magnum utrique
 sexui ornamentum. Procul ab ingenuo &
 generoso spiritu humiles dialogismi, pro-
 cul à mente libera illiberalis garrandi
 ἀσελγεία.

Δια-

Διαλογισμοὶ οἱ κακοὶ ἐπὶ τὸ ζῶσθ
σάσθιν

Διαλέγοντο γυναιξίν. Ὀμιλίαι κα-
καὶ ἀδολεσχίαι.

Κακοῖς ὀμιλῶν ἢ αὐτὸς ἐκθήσῃ κα-
κός.

Quoties ad peccandum sollicitat oculus,
illum non cum Democrito radicatus evel-
lite, sed cum Clitomacho ab omni foeditate
avertite. Si obscœna narrentur auricu-
las non detergite, sed illas claudite cerâ,
illamque petitote ab illa nave

Que Siculos cantus effugit remige surdo.

Nam si ludicris salibus patulas præbueritis
aures, statim per eas quasi per naturales
canales in cor intrat libido. Sicut pu-
tridum membrum, ne sincerior pars
inficiatur, abscindimus: ita quicquid nox-
ium est & pestiferum amputemus. Si ma-
nus gangræna sauciata sit, illam resecemos:
oculi si incipiant scintillare & tremere,
eos eruamus: Vasa exstantia si rebellare
per-

A D M O N I T I O. 33

pergant, demetiamus: non falce aut novacula cum Origene, sed cum D. Paulo fervidâ in virtutem contemplatione. Circumcidendum *cordis præputium*, Deut. x. 16. Circumcisio illa fit cum abnegamus nosmetipsos, cum mundamus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, cum carnem cum vitiis suis affigimus cruci, cum concupiscentiam coarctamus continentiam: cum lumbos mentis præcingimus, *id est*, cum animi intentiones segregamus ab illecebris inquinantis contagii & insubidos impetus refrænamus. Quod si fecerimus, capere poterimus, quid sit *ἐὐσχηζέιν ἑαυτὸς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν ἁγνῶν*. Nam si à Deo petatis castitatem, & interim carnis deliciis dementati ejusdem desiderii succumbatis & operemini, minus audientem fatigatis. Cum Neophyti propudiosam circumcisionis cicatricem studerent tollere, & interim veterem hominem non exuerent, illos reprehendit Apostolus, 1 Cor. vii 18. *Nolite, inquit, tam solliciti esse in extendendo ἄκροποδίαν supra κντῆραρὸν spastro: sed potius curatote ut cordis evellatis præputium. Nam sive circumcisi sive recutiti nihil est, si non observatis in vir-*

C

g 3 =

34 *De Fornicatione Cavenda*

ginitate pudicitiam, & in conjugio castitatem.
Quod idem dicitur, *1 Pet. iii. 21. de Bap-*
tismo, Non sufficit ut sordes corporis abluan-
tur aquâ, sed oportet Deo spondeamus cor pu-
rum, ut quemadmodum insigniti sumus terreno,
cœlesti quoque adumbremur εἰκότι, 1 Cor. xv.
49.

Cùm castitas præcipuum & unicum sit
puellarum peculium, ideo virgines semper
sint amictæ indumento castitatis. Sciant
misellæ se fragile & sua natura inerme, &
ad omnes tentationes expositum circumferre
vasculum. Dies itaque & noctes circa cor-
poris sui sanctitatem excubent prudentio-
res. Maximum castitatis conservandæ mu-
nimen aspectus verecundiâ suffusus. Pulch-
ritudo oculis condecorata decoris non tan-
tum amatores ex adverso intuentes à pro-
posito lascivo avertet; sed ipsos raptores
horrore simul & veneratione perfundet.
Sicut Xenophontem, Xenocratem & Do-
mitianum mirè decuit verecundia: ita quam
maximè Puellam exornat. Quam scitè
mulieres deceat verecundia exinde con-
jicite quod ipsa prostituti pudoris manci-
pia, publicis objecta ludibriis, semper
fingant, quam non habent, modestiam.

Inter

A D M O N I T I O. 35

Inter tot mala *hoc unicum bonum* possidet
 fœmina. Caveat itaque prudens, ne hoc
 ornamentum prodigat aut prostituat. Ne
 pudica labiis hiantibus catillet in triviis.
Syrach xxv. 34. Impudentis est nimis li-
 berali per plateas incedere vultu. *Divor-*
tant mores virginis longè à lupa. Impudi-
 cam ostendit incessus rythmicus, vagus o-
 culorum flexus arguunt impudicam, nu-
 tus atque renutus manusque rejectâ cervice
 motæ ad pectus adulteram produnt men-
 tem, procax cum protervo risu verbum pos-
 cit oppressiunculas. Quare quæ cupit esse
 casta & haberi honesta, frontem non ge-
 rat extensam aut porrectum os: sed lumi-
 na habeat in sinum dejecta. Cum sequior
 sexus parum per se tutus sit, ideo vigilant
 parentes aut propinqui ne filiæ vagentur
 incustoditæ. Degant minorenes sub ma-
 tris, patruæ aut tutricis conspectu: non
 ἐν θαλάμῳ, sed ἐν γυναικωνίδι. *Suid. v.*
Νίλις. Intra gynecæi penetralia se conti-
 neat pudica. Παρθενικὴν ἢ φύλασσε πολυ-
 κλείστis θαλαμοῖσι. Priscis illis temporibus,
 cum famosa simillima meretrici esset, fi-
 liolæ educabantur in gremio matris. A-
 pud Judæos matronæ aulam: virgines a-

36 *De Fornicatione Cavenda*

trium non egrediebantur. *Philone.* In Italia matresfamiliaë cum filiabus non tantum intra secreta domestici laris manent, sed certis locis, in quæ rarò veniunt viri, occlusæ ita sunt arctè ut filiusfamilias suam vix videat matrem. Quæ autem ob officia domestica coguntur egredi, illæ non nisi ore velato prodeunt. In Germania & domesticis finibus se continent integellæ, & si foras exeant prætereuntium juvenum alloquia taciturnitate aspernantur. Si aliquis te ludibundè attrectet, noli increpare petulantem, sed abito læta. Nam si dignata fueris loqui & aperire labella, his hamis cedes in prædam.

*Prima nocte domum claude, neque in
vias*

Sub cantu querulæ despice tibia.

Cùm illæ virgines, quæ cum pueris consuescunt à teneris, nuptæ imperitent maritis, ideo ludant virgunculæ cum pufiolis, nec ulli sint affabiles quam matronæ. Segreget se pudibunda à cœtu puellarum, quæ famâ laborant. Integra fama sine fabula. Si autem ob justas nuptias
am-

ADMONITIO. 37

ambiatuſ matura, circumſpiciat ne irri-
tet procacem. Sicut roſæ ſpinis & mella mu-
niantur apibus: ita virginitas torvâ vere-
cundiâ fit ſacra & ſancta. Plurimum in
ſui munimen valebit nupturiens ſi templo
ſuo præficiat ædituam moroſam, *pu-
dicitiam*. Cum infirmus animus facilè adulationibus,
blanditiis, donisque capi poſſit, ideo quæ-
vis blandè oblata ut inſidias & corrupte-
læ illecebras perfeveranter reſpuat virgo. Μη-
λοφόρων humanitates averſis auribus ſpernat,
Florum ſerta defixo in terram vultu abneget.

— Τὰ γὰρ πνεὶ πάντα
βέβαπται. —

Cum enim osculum ſit ſpuma ſubantis & ja-
culatum quintâ ſui veneni parte inficiat a-
matam, ideo prudens ne prioribus labris ſe
ſinat ſalutari.

Φεῦγε κακὸν τὸ φίλημα, τὰ χεῖλεα φάρ-
μακον ἐνί.

Omni niſu avertendus eſt tactus. Ne
digitis extremis ſe tangi patiatuſ Vir-
go. Eſt enim hæc indulgentia anticæ-
nium caducæ virginitatis. Non caſtæ, ſed

38 *De Fornicatione Cavenda*

impudicæ est sinere horridulas papillas con-
 trectari. Nam simulac procius hunc nactus
 fuerit favorem, illico fallaci manu perget
 revincire zonam teque ludificari. Audito
 Annam Tobiaæ c. iii. v. 17. *Nunquam socie-
 tatem habui cum illuforibus.* Nec patiatur se
 ad spectacula perducī. Illa enim stupran-
 dis moribus inventa sunt. Cum Histrio-
 nes & Mimi lascivis gesticulationibus at-
 que fabellis inflammare soleant spectatores
 & spectatrices, illi, fabulis peractis, quæ
 viderunt repetere incipiunt, & inter
 blandimenta luxus exuunt animi constan-
 tiam. Penelope similibus præstigiis excan-
 tata cogebatur nubere proco. Adeo ut
 complures quæ pudicæ exiverant, domum
 reversæ fuerint ferventi veneno tinctæ sæpe-
 que vitiatæ. Quare si velitis permanere
 illæfæ, longe à trivialibus ludis, à vitio-
 rum exemplis recedite. Recusent sagaces
 cum bellis cincinnatulisque meridiari. Ip-
 sæ mulieres quibus proprium est unguentis
 odoribusque fragrare, juvenes odere resina-
 tos.

Ἄλλ' ἐμοὶ γ' εἶη πόσις
 Μὴ παρθενωπὸς, ἀλλὰ ταυδρεῖα τρόπος.

Euripid. Elect. 949.

Tur-

ADMONITIO. 39

Turpe est viro superbiam captare ex mulie-
ribus munditiis. Mulieri nunquam inde-
corum lavari, tergeri, poliri & expoliri.
Nam dum lavantur, terguntur & poliun-
tur, non scortantur: indecorum quo-
que virgini femur femori supponere vel ni-
mis patulo sinu confidere. Quoties ali-
quid petulans, inurbanum & tempora-
lienum excidit in congressibus familiarium,
toties vererecunda obturet aures. Cum
incestus sermo delibet pudicitiam & mox
auferat virginitatem, ideo simulac conqui-
sitis scurra studet extorquere pudicitiam,
clam è consortio decedat virgo, nec in am-
biguo verbum jaculatum relinquat. Virgi-
num aures dum pudenda dictu auscul-
tant patiuntur: Motus appetitus impellit
ad agendum. Quæ se semel sivit cor-
rumpi, illa usque ad rogam in perpetua a-
pud nos Batavos vivit ignomina. Licet æ-
tatis flore, formâ, opibus præstaret deflo-
rata cæteris: tamen virginitate avibus si-
nistris libatâ, maritum non inveniet *λοσι-
ζώνη*. In Germania ne sutor aut sartor vel-
let illi jungi, cujus virginitatis flos infau-
stis auspiciis interfectus ac prostratus jacet,
etiamsi illa nobilis & dives esset. Non ob

40 *De Fornicatione Cavenda*

id quod jugulatum virginitatis hymen ne-
queat restitui: sed quod virtus, cum semel
excidit non possit reponi. Simulac ama-
bilis illa *innocentia* perit; abiit veneratio.
Quæ semel pudicitia fines transgreditur post-
modum solet esse impudentissima. Deni-
que quia materna macula futuris quoque
officit liberis. Cæterum ante omnia εὐζω-
ν^ς abnuat sacerdotum consortia. Sciat
virgo neminem inter mortales licentiùs &
securius posse ingenitæ scabiei occurrere
quam antistites religionis. Labia stillant
favum leviusque oleo est palatum: at sub
vellere ignis, & sub cute pondus latent.
Romanenses fictæ probitatis ac severitatis
involucris larvati Socraticis sermonibus he-
roicas suas dotes obtrudunt matronis, quæ
simulationes virtutum ab ipsa veritate dis-
cernere indoctæ, inter spem metumque
parant, & dum titubant, cadunt. Pro-
positi compotes sacrificuli adumbratæ san-
ctitatis onera exuunt, & peracto officio i-
terum vulpinam induunt Patres patrati.

Tempora Santonico velant adoperta cucullo.

Illam jubet sumpto juvenem properare cucullo.

Cùm

A D M O N I T I O 41

Cum itaque hi tam doctè vafrèque suam
 versare sciant naturam, ideo neget sui co-
 piam virgo Sacerdoti, cui cœlibatus in-
 junctus est. Qui lateribus & lacertis va-
 let, hic semper nititur in veritum. D. Pau-
 lus Timotheum, quamvis aquæ potatorem,
 pudicum ac sincerum, admonet, ne ad mu-
 lieres, nisi summa cum modestia & sancti-
 tate, accederet. 1 *Tim.* v. 2. At verò tantum
 abest, ut eandem licentiam concedat Tito,
 forsàn succi vinosioris pleno, ut potius hunc
 ipsi amputet gradum, *c.* ii. v. 4. Vetat il-
 lum properare ad juniores mulieres. Cum
 ille qui animam primus intravit, in nos per-
 petuo dominetur affectus, ideo Deus insti-
 tutum confirmavit matrimonium, quo fla-
 grans sepeliretur libido. Si hunc, qui vos
 dies noctesque stimulat, ex animo evelle-
 re velitis, ardorem, oportet matrimonium
 ineatis. Liquidas in casto toro natare vo-
 luptates docuit Plutarchus. Connubio
 post lapsum à Deo nihil melius, dulcius,
 jucundius, aut homine libero dignius.

Psal. cxxvii. 3 Πᾶσι καὶ ἀνθρώποις αἰχλῶν
 δέδωται, ἢ νῆ Δία ἐς τὸ ἄταξος φύσεως χρόνος
 θυγάτηρ οἰκέρῃσα. Qui præscriptum sper-
 nit refrigerium; is torretur intestino ar-
 dore

C 5

42 *De Fornicatione Cavenda*

dore, & consumitur vivicomburio. *Εἰ οὐκ ἐσκραΐθονται, γαμησάτωσαν. I Cor. vii. 9.*
 Quanta caligo obduxit pectora vestra, cum vos castos jactatis, quia cœlibes; eo vos incestos proditis. Omnes, quibus fœcunditas probro est, quærunt steriles voluptates. Gnosticorum facinora omnibus inscripta sunt paginis. *ἐμπορεύουσαι, Juda 7.*

Μήτε γαμοκλοπέην, μετ' ἄρσενα κύπρι
 ὄρινην. *Phocyl.*

Τιτμεν παιδεράσης, καὶ τὸ τῆ ἄνληχρίσης ὄνομα.
Hesych. Novit καρδιογνώσης hominum maternæ stirpis hostium nequitas. Ut estimatio vestra servetur integra prævertendæ sunt civium cogitationes à suspicionibus talium nequitiarum.

Sacer est ignis, credite læsis.

Quod si necdum erga generis humani incrementa deposueritis amorem, & vos incontinentes esse sciatis, nolite longius obluētari. Qui per fundum alterius semitam facit, is viam sibi sternit ad æternam damnationem *Prov. xx. 17.* Scitote Deum judicaturum adulteros. *Heb. xiii. 4.* Nolite itaque lectum concutere alienum.

φδ-

ADMONITIO. 43

Φύγετε λατρείας αδικας, τῷ ζῶντι λατρεύετε,
Μοιχείαν προφύλαξο, ἢ ἀκριτον ἀρσεν & εὐνήν.

Necessitas nos compellit. Necessitas est
urum telum. Non illa tantum urget re-
ellem, sed & excusat morigerum. Sitis ita-
ue eâ mente ut necessitati succumbetis. Li-
et votum præstitistis, tamen cum demum ex-
erimini vos pessimi nebulonis sustinuisse
ersonas & adulterorum implevisse partes,
deo resipiscite & cogitate necessitatem effi-
aciorum esse quam hierarchicas fraudes.
Non ad alienum præscriptum, sed ad suum
bitrium imperat necessitas quam non fi-
bula, non camphora, non vitex aut sacca-
um Saturni sistere possunt. Omnes pu-
res, *Psal. xiv. 3.* Quid prodest corporis ca-
titas animo constuprato? Nec sola Neces-
itas vos obligat, sed dictamen rectæ rationis
nos omnes constringit. Deus leges de con-
ervanda virginitate non tulit. *Noverat id
upra naturam esse.* Theodor. Cum itaque
ecta ratio & dura necessitas infirmitatis
nostræ sint patrocina, ideo, dum genua
virent, rapiamus occasionem. Parentes cu-
ratote ut virgines filias vestras in floridâ
etate frugali elocetis marito. Nam sæpe
moræ

44 De Fornicatione Cavenda

moræ impatientes extra nidum ova exclu-
dunt, idque non sibi, sed obstantibus pro-
pinquis vertunt vitio. *i Cor. vii. 36.* Puellæ
ex quo factæ fuere puerperæ cum vident se
negligi & fastidiri, operas suas elocant lenæ
& cuius ganeoni divaricant pedes. Non
solebat Judaica pubes extra oleas vagari:
sed simulac in freto erat adspirabat ad por-
tum, *Deut. xxiv. v. 5.* Josephus testatur pueros
integros cum virginibus pueris *εν θαλάμῳ*
auspicari nuptias. Scio complures huic ne-
cessitati non matrimonium, sed longe ali-
ud reponere. Dicunt *πορνείαν*, non tantum
Græcis & Romanis, sed & Judæis & Chri-
stianis inter τὰ ἀδιαφορὰ habitam fuisse.
Paucis. Non nego pauperculas mulieres,
quas egestas cogit ut ventre alant *ἀλφιτης*
ένεκα, *Hos. ii. 4.* quod tamen non obstat quod
hoc vitæ proscenium sit obscænum & sordi-
dum. *Obscæna pecunia*, Juvenali. *Sordidum æs*,
Martiali. Non solebant corpus suum mercedis
gratia prostituere municipes & ingenuæ; sed
plerumque servæ. *Antequam libertina eram,*
ego & tua mater ambæ meretrices fuimus. Pere-
grinæ quoque cum apud exteros extra con-
sanguineos vicinosque & patrias leges vagan-
tur, facile pascebant inguine. Cato equi-
dem

A D M O N I T I O. 45

em dixit, *Huc juvenes æquum est descendere*: intelligens circa urbis mœnia ergastula ubi in cryptis, trulli instar fornicatis, prostabant bliteæ, luteæ, sçranctiæ & scrupedæ: sed quis in illas cavernas obscœnitatum omnium gurgustia vellet descendere? Omnia illa amfractuum labyrinthi & brachia viarum sunt sicariorum latibula. Et cum exercitia illa non nisi in deviis dejectisque tolerabantur locis, evidens est illa fuisse indecora & honestate remota.

Nemo ire quenquam publica prohibet via.

At cum *publica* quævis via sit lutosa ileoque quoque vitanda illa. Cicero adolescentiæ quidem suos concedit lusus, non tamen illos ut honestos prædicat. Et quamvis Comici juventutem intra spem veniæ peccare uno ore dicant: modestiores tamen longe aliter de hac turpitudine pronunciarunt si hoc decuit Crispinum: turpe tamen idem visum fuit Titio Sejoque. Panegyrica ob id Constantinum celebrat. *Quod nihil vagis cupiditatibus, ætati concessis, in petus suum juvenis admiserat.* Etiam Athenis, Romæ, Corinthiis ac Venetiis majoris mali

li vitandi causa publicæ tabernulæ Libidini fuerint exstructæ. *Plin. v. Ep. 14.* aliisque in locis maritimis ne nautæ post longum iter domum reversi vim inferrent matronis, permessa fuerint lupanaria. *Sext. Empir. l. 3. c. 24.* illi tamen, qui expetebant honestatem, à publicis vulgatisque corporibus non solum abstinebant, sed contra boni civis excellentiam & dignitatem esse dicebant quantulascumque extra justas nuptias sectari conjunctiones. Judæis διὰ τὴν οὐκ ἠεροκαρδίαν ἢ ἀσέλγειαν, licuit cum alienigena ludere: ita tamen ut si quis Hebræam tetra libidine commaculasset, pœnas daret. *Deut. xxiii. 17. Non erit Meretrix in Israel.* Pessimè illa transtulit Onkelos salax, proculdubio caper, adde *Levitic. xix. 20.* Pontifici non licuit ducere viduam, *Levitic. xxi. 14.* ob typum agni immaculati. Sic cape *Isaia viii. 1. Sume tibi chartam virginem:* adde *Joseph. lib. 3. cap. 10.* Filia ex stemmate Levi, quæ siverat pudicitiam suam extra connubium delibari, comburebatur, *Deuteronom. xxi. 9.* Non tantum Sacerdoti *Levitic. xxi. 7.* & Presbytero *1 Tim. iii. 4, 5.* sed & cuivis Christiano probrosum ducere meretricem, *1. Corinth. iii. 39.* Canon

A D M O N I T I O. 47

non Apofitol. 17. 18, 61. Licet jura At-
 ica & Romana non puniant meretrices & fcor-
 atores, utrique tamen infamia facti labo-
 rabant. Apud Græcos turpe fuit sermo-
 nes ferere cum puella non nimium bonæ
 amæ, apud Romanos famosæ, l. 3495.
 O, R. N. quæ sine delectu corpus pro-
 tituunt, erant *infames*, l. 43. D. eodem
 ac *intestabiles*, l. 3. D. *de testib.* Quæcun-
 que ad hanc turpitudinem prolabatur, di-
 cebatur *turpiter vivere*, l. 41. D. R. N.
urpibus voluta complexibus, l. 8. C. The-
 od. de renov. donat. *portentosa vilitatis*,
 . 1. C. eodem. & *indignum genere quæstum*
facere, Plaut. in Penul. Imo sæpe leges
 ulciscabantur fœdissimas, quæ pudorem
 ium alienis libidinibus prostituebant. Per-
 luctores & spoliatores puniti. *Ascon. in*
Ter. i. 12. Lenonibus & lanistis conjun-
 guntur meretrices ut infames: à conspe-
 ctu exeuntis Prætoris removebantur infa-
 mes. *Apage illas sorores quæ hominum sor-
 vent sanguinem.* Lictor in rotum submo-
 vebat versicolorem. *Seneca contr. iv. 28.*
 Tiberius exilio proscrispsit fœminas leno-
 cinium profitentes. Caligula punivit eos,
 qui per imprudentiam annulum Cæsaris
 effi-

48 *De Fornicatione Cavenda*

effigie ornatum in lupanar intulerant. Domitianus probrosis lecticæ usum ademit jusque capiendi hæreditates & legata, *Sueton*, c. 8. Theodorus è civitate illas expulit, *Socrat. H. E. v. 8.* quia erant furibus turpiores. *l. 40. D. R. N.* profecto ipsæ despoliatrices furacissimæ, Sæpe & ipsæ patiuntur damna & injurias.

Redde meum clamant spoliata sæpe puella.

Adolescens noctu è meretricis cella expulsus ceream ardentem ante fores abjecit: arsit domus.
Curio Fortun.

Ut ob rixas, pugnas, injuriasque datas & ob cædes possint conveniri malefici & veneficæ, debebant lenones & quæ meretricium faciebant, nomina sua apud ædiles profiteri. *Tacit. i. an. Popinæ,* ganea & fora aleatoria erant sub judice morum metuebantque quam maxime Ædilem. Prætor quidem negat se daturum judicium ubi cædes in lupatorum domo fuit commissa: ita tamen ut non aliorum magistratum excludat cognitiones. Crimina talia merebantur cognosci extra ordinem. Romæ Præfectus Urbis super ea re cognoscit si intra milliarium centesimum

ADMONITIO. 49

num sit commissum. Si ultra centesimum Præfecti Prætorio erit cognitio. In provincia est Præfidis provinciæ. *l. 11. D. de xpil. her. Pauli Sent. v. apud adiles adversus lenonem purgari*, Justin. *l. xxi. 5.* Nemo integræ famæ prædium vel domum suam vellet locare lenoni. Quod vero in *l. xvii. D. de pet. hered.* legimus lupanaria in prædiis honestorum virorum exerceri, id sic interpretamini, quod iis insciis hoc sæpe fit. Denique *honesti* in illa lege non ab honestate, sed honore dicuntur, *i. e.* positi in excelso, segregati à multitudine. Quo sensu apud Ciceronem *2. Leg. 1. de Orator. Epist. Fam. ii. Lib. vii. Ascon. in Verr. Suet. in August. 26. in § 4. Inst. de Pub. Judic.* Et apud Apuleium Petroniumque, *c. 34.* Sic *notati* passim pro divitibus. Græcis *εὐψοδὸς* Eusebio, Clementi Alexan. & Libanio *illustri loco natus*: malè Interpretes *felix*. Vide *Ischyl. in Æschyl. p. 214.* Sic *Scortum notile*: non ex merito, sed famæ notitia quasi *notabile*. Quamvis Imperator Justinianus multas leges tulerit in favorem mulierum, lenocinante Theodora: tamen honesti servator tam spurca cadavera odio damnavit. Quæ ante annos xxv. corpus suum

D

pro-

prostituit potest à patre exhæredari. *Anth. Cod. Inoff. Testam.* Quæ corpus suum vulgavit impune potest rapi & cognosci. *L. 6. § 1. D. ad L. 7. Adul.* Anastasius *Xpυ-σάγγουρον* sive lustralem capturam sustulit *l. vii. Cod. de Spectac.* Cæteri Imperatores cum viderent mulieres ad decus natas adeo sui esse prodigas ut matronæ nomen proculcarent, satis pœnarum putabant illas pati ipsa professione tam sordidæ vitæ. *L. 29. C. ad L. S. Adulter.* Sicut furiosus qui facto hominem occidit dicitur non obligari delinquendo, cum *satis pœnæ sustineat furore cruciatus*, *L. xiv. D. Offic. Præsid.* ita

— *His furor ipse*
Dat veniam. —

Suo vitio quæque plectitur: Nam maximam turpitudinis suæ partem bibit hæc vita compensationemque erroris sui tandem recipit scortum. Quæcumque merebantur corpore, illæ plerumque erant ignotæ & peregrinæ. Et etiamsi deviantibus pœna alia non irrogetur, tamen potest non rectè quis facere etiamsi pœna statuta non sit. *Lege quæ apud Ulpianum D. Marcus Lib.*

ADMONITIO. 51

14. § 14: D. Relegat. *Non omne quod licet et honestum est*, teste Paulo Apostolo, 1 Cor. vi. 17. cui suffragatur Paulus Jurisconsultus in l. 144. R. J. Certè multa esse quæ non oportet facere, etiamsi liceat, multis possem illustrare exemplis. Vide § 1. I. de Nupt. l. 1. § 3. peric. & com. rei vend. l. 14. § 1. D. alien. jud. mut. Variæ in templo justitiæ sunt leges sanctione ditutæ. Interim quotusquisque est qui impuræ non captat ludibria mentis, & tamen post μετάρηλαιαν ea toto corde non detestetur? Gothi & Vandali quamvis barbari, publicæ victimæ contactum fugiebant. Salvian. Lib. vii. Indi quoque, tantum quantum natura admonente cognoscunt, has averfantur sordes. Licet nihil foedum quod toti genti publicum est: tamen nullatio tam extra decus honestatemque proecta quæ hanc lasciviam non agnoscat esse naculosam ac perniciosam. Est aliquid dignius & pulchrius quod contempta voluptate optimus quisque sequitur. Nullus est fornicator, qui, simulac ab ipsa natura involuta retegat, non perfundatur pudore: nox se excruciat quomodo occultè, sine teste, sine ullo conscio perficiat. Nam

D 2

ne-

52 *De Fornicatione Cavenda*

nemo adeo dissolutus qui quicquid faciet
non studeat celare.

Quas timidus tenebras vellet habere pudor!

Et postquam perfecit, quamvis occultè fe-
cerit, animus sceditatis conscius se remor-
dit & turpitudine scèda confunditur.

Cum omnis maris & sceminæ conjunctio
instituta sit ut rempublicam & familiam
prole augeant conjuncti: Nemo autem ea
animi intentione semen cum scorto misceat,
spurium ut *ἐν γάμων ἀτάξιον*, velit tollere
& alere eoque genus suum turbare; sequi-
tur hanc seminis missionem non consen-
tientem esse naturæ, primæque institutioni
repugnare. Noscunt id ipsum Recelliclu-
niæ iisque respondentes Sertorii, fraterculi
Onanis. Qui auspiciatò celebrant nuptias
illi cum incremento augent familiam, no-
menque transmittunt ad posteritatem: at
meretrices ne pectoris ventrisque æquor ir-
rugetur, tantum à naturali descivere lege,
ut retractent se, *Martial. l. 1. 47.* Cum
Deus institutum approbaverit conjugium
ut semen mulieris contereret caput serpen-
tis: semen autem mulieris contriverit cra-
nium serpentis, illudque residuas pristini
&

ADMONITIO. 53

& novi virus reliquias sanguine suo abluerit: hanc vero promissionem non fecerit adulteris & scortatoribus impuras animas & incestas miscentibus cogitationes, nemo non videt quanta contagione impurus ganeo se, pariter ac semen foetumque suum inquinat. Sicut hæc Dei munificentia conjugatorum animos lenire debet: ita è contra hic reatus absterrere deberet scortatores à tanta foeditate. Scortator non tantum corpus, sed & cogitationes, sermones animumque sociat cum polluto scorto. Philo Judæus ob hanc causam eunuchismum Veneri prætulit vulgivagæ. Cum autem mystica hæc ratio Judæos docuerit, ut permeans hoc contagium fugerent & moratoribus gentibus quoque *ἔλλημα τῆς Θεῆς*, dictamen quod menti indidit Deus, dictaverit ut vagum hoc inguen detestarentur, ipsi vero Christiani *θεοδίδακτοι ἐπιθυμίαν* quasi *ἀκαθαρσίαν* ne quidem ausi fuerint nominare (*Πορνεία ἢ ἀκαθαρσία μηδέ ὀνομασέσθω*, Ephes. V. 3.) me paulisper retardavit illa historia quæ legitur, *Ἄκτορ*. xv. 20. Quare in ipsis Ecclesiæ Christianæ exordiis illa circa *πορνείαν* orta fuerit *εὐρεσιλογία*. Cum Corinthius, Tertulliano *incestuosus fornicator*,

D 3

tor,

54 *De Fornicatione Cavenda*

ior, cum cæteris zelotis *Epiphan. 28.* Antiochiæ scrupulum movissent de non admit- tendis in Ecclesiam Græcis & Romanis, nisi Baptismo & Circumcisione initiatis, atque eam ob litem Barnabas cum Paulo atque Tito profecti essent Hierosolymas consulturi Episcopum Jacobum cæterosque Seniores: Post nonnullas altercationes Hierosolymitani rescripsere ad Antiocheneses: Vetuit Episcopus ad militiam Christi transire cogitantes Gentiles tormento circum- cisionis premi aut absterreri, modo relin- quant hi morem edendi prosectas, mortici- nia & botulos cruore distentos: at verò de Judæis adjecit ut illi abstinerent à πορνεία. Cum Neophyti ex Paganismo ad Christiani- smum conversi non desinerent in deliciis habere εἰδωλόγητα atque ob eam causam scandalo essent Christianis ex Judaismo conversis: ipsi autem ex Judaismo ad Christianismum conversi Neophyti insti- tutum πατριον πολυγαμίας pergerent excole- re: atque & hi ob hanc rationem offendi- culo essent Græcis & Romanis (quibus ex Jure Civili hæc prohibitio innotuerat, *Lib. 18. C. ad L. S. Adult. Lib. 11. § 12. D. eod.* Adde *Lib. 2. C. Incest. Nupt.*) ideo ne alter alteri

ADMONITIO. 55

alteri magnum esset theatrum, in rectam
 viam sistit Episcopus jubetque ut hi à πλυ-
 γαμία, illi ab ειδωλοθύταις abstinerent. Non
 vacat sententiarum divortia excutere & quo-
 rundam ἐμβρονησίαν notare. Nam hic est illi-
 us textus genuinus sensus. Nolite credere vul-
 givagam Venerem hic in quæstione fuisse,
 cum eam ante initiationem Gentiles & Judæi
 sine alterutrius scandalo inter τὰ μέσα habue-
 rint indifferentem: nunc castiori aqua lustrati
 & melioribus principiistincti, ultrò hæc ἀδιά-
 Φορα abhorruerint non moniti. Hoc tenete,
 Fornicationis mercedem esse mortem, 1 Co-
 rinth. vi. 10. Cum puram è fonte aquam hau-
 rere liceat, quis adeo demens ut è cisterna dis-
 sipata sorbere velit lutosam? Certe non dimi-
 dium mentis sed totum intellectum illi ade-
 mit Jupiter, qui in cloaca mavult volutari
 quam in toro.

Denique Meretrix est spurcum olidum-
 que cadaver. Corpori vestro adflat illa va-
 pores. Valetudo cum sit corporis honos, non
 potest non se maximè dehonestare qui eam
 destruit ac prodigit. Si quis Spiritus Sancti
 hospitium circumferat sideratum, tamdiu Spi-
 ritus Sanctus abest. Quod si à tam turpi hospi-
 tio usque ad mortem tuam Spiritus Sanctus

56 *De Fornicatione Cavenda*

abfuerit, quid aliud expectandum quam mors æterna. Quapropter per misericordiam Dei vos obsecro, Fratres, ut tandem mecum desinatis volutari in cœno libidinum & exhibeatis corpora hostias viventes Deo. Curatote ut templum S. S. semper possideatis purum, *1 Thess. iv. 3.* Ἀπέχεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ τῆς πορνείας, ἕτω Πνεῦμα αὐτῆς τὸ ἀγιον εἰς ὑμᾶς. Εἰδέναι ἕκαστον ὑμῶν τὸ ἐαυτῆς οκεῦⓄ κλάσθαι ἐν ἀγαθῶ καὶ πμῆ. Satis diu de spinis collegistis uvas & de tribulis ficos. Præterquam quod mala bestia *ſævam exhalat opaca mephitim*, reputate vos rem habere cum egenâ & veneficâ. Si egena rubentem non strangulet partum, sed educet, fieri aliter non potest quin iste infans ex educatione prava fiat quoque mendicus, fur & latro, cujus promotio laqueus: vel si puella, tandem illa quoque prostibulo corpore peccet.

Κακῆ κόρακⓄ κακὸν ὄον: *Eurip.*

Quod unicum si in præcordia vestra dimittatis, nullus dubito quin desiderium coeundi cum mendicâ mutetur in odium. Si hoc unicum non sufficiat, auscultate quid Regum dicat sapientissimus. Cur autem
er-

ADMONITIO. 57

erratis, *μοὶ φίλα τέκνα*, cum extranea, & peccatus amplectimini alienæ, *Prov. V. 20.* Licet solus cum sola in actis litorum vel cellis conturbetis pedes, viæ tamen vestræ sunt coram oculis superantissimi. Non prodest ædilium conspectum parietibus illudere. Omnes vestras gestulationes desuper spectat is qui earum testis simul & iudex erit futurus. Huic nemo rationem vitæ reposcenti actus suos poterit inficiari. Quare abnegatis carnis cupiditatibus incipiamus sobriè, justè & piè vivere in hoc seculo expectantes illustrem manifestationem Servatoris nostri, qui seipsum dedit pro nobis ut redimeret nos ab omni impuritate, *Tit. ii. 12.* Sic blandè à contactu immundæ nos avocat Rex gloria Regum. At non dignatur ille alloqui meretrices.

Noverat sagacissimus mortalium vulpem pilum, non mores mutare. Cum pravi tenaces inolita peccandi consuetudine obdurent nec cogitent Deum dissolutæ: Deus quoque illas non respicit, *cap. v.* Cum minorenes ætatis florem consecraverint Priapo atque Mutino, fæces nunc sibi offerri non postulat Deus. *Ἄωρα κατ' ἐξοχλὴν ἢ ἀμάρτωλ,* de *Theodora Suidas.* Δορ-

D 5

δ 8-

58 *De Fornicatione Cavenda*

δεμένη, de Maria Lafari Sorore Lucas c. vii. 38. Rarissimæ sunt Magdalenæ, Afræ atque Phædones. Operæ pretium videtur δείγματ & χάριν vibrans, quod olim vividis coloribus depinxit Salomon, hic subjicere problema. *Prov. vii. 7.* Videbat Sapiens juvenem cupidine cæcum velut tempestate delatum, huc hinc illuc in triviis atque quadriuis errabundum. Qui cum in omnes partes regionis cupidos circumageret oculos, cominùs observavit ad illum citato tripudio properantem mulierem. Erat illa πείδρομ & five περίπολ & γυνή. Callida mellito alloquio adoritur hominem, qui sui oblitus ignorabat, velut ebrius quo tramite incederet. O exoptate heros! Te quærebam. Te tandem inveni. Nemo est qui mecum hac nocte cœnabit, amabo mi Agnelle, dignare sodes partem cœnulæ sumere. Juvenis, dum inexpectatam reputat humanitatem, hæsit. At illa mento ejus apprehenso quasi lunam extra nubem duceret, irretito bafium impingit. Noli, inquit, mi Passercule, quicquam suspicari mali aut doli. Ecce finum. Ecce gremium. Patent omnia. Nulla retia. Non illepidum juveni
scor-

ADMONITIO 59

scortillum videbatur. Placent candida u-
bera, nec patulus puellæ displicet animus.
Lætior collum ejus suaviatur: Concitata
Mellitos tuos oculos sine me usque basiare. Ro-
gat scitula ut domum intret. Intra fodes, ne-
que est quod curiosum extimescas. Mari-
tus peregrè abest. Rapitur amator. Rap-
tum brachiis suis implicat, Implicitum trans
crepidinem vestibuli protrahit mulier, li-
minisque obserat tabellam. Capto omnia
tapetia, aulæa Babylonico acu variegata,
pavimenta musiva, asarota, lacunaria ebo-
re renidentia, postes amaricino unctos co-
rallisque myrtheis redimitos monstrat. Ex-
plicat varia myrothecidia,

*Tota domus gaudet regali splendida ga-
za,
Stragula purpureis lucent, villosa tape-
tis,
Nil nisi vel cocco madida vel murice
tincta.*

Mensas quoque exhibet ex citro, vascula
ex auro, matulas ex argento, scaphia ex
lasano, spondam denique lascivissimis ex-
cisam figuris, pulvinar ex mollissimis gau-
sa-

60 *De Fornicatione Cavenda.*

sapis, culcitram egregiam, lintheamina ex lino byssoque eaque florenti croco, cinnamomo ac hyacintho induta: adeo ut deliciis delibuta essent omnia. Agedum, inquit, si non fastidis foeminam hoc anno primum expertam virum, sume amplexum. Inter profusissimos hos apparatus opiparæ adferuntur dapes. Edunt, bibunt. Postquam quasi ad victimam porcus, se saginasset ganéo & vino, sale, & omnibus cachinnis lautè partem noctis transegisset, saginâ gravis cubitum petit. [Audi quid contigit Londini.] Mutuis animis amant spatiumque decurrunt amoris. Ubi varia post itinera marcidum occupat sopor, internuculi automaton, nummos, annulos vestesque tollunt. Utenfilia verò lenæ in vicinas transferunt ædes: dormientemque altoque somno sepultum deponunt in pratum. Appropinquante aurora expergiscitur illusus. Ubi se in solitudine desertum videret miser, vestes, nummos, annulosque sublatis seque totum nudum conspiceret incautus, remeat ad lupanar. Utinam modo annulum pronubum reglutinare vellet venefica, tesseram tantæ pietatis. Sed cum vacuos inveniret esse penates, revertitur ad suum
ho-

ADMONITIO. 61

hospitium implumis, putidæ mœchæ insi-
dias millies damnans.

*Dii tibi dent nudosque lares inopemque se-
nectam,*

*Et longas hyemes, perpetuamque si-
tim.*

Ædem & alibi peraguntur fabulæ, per-
sonæ tantum mutantur. Nam in eodem lu-
do omnes lenæ & meretrices edoctæ. Le-
nones, lenæ, psaltriæ tamdiu blandiuntur
quamdiu vident rapinis superesse pabulum.
Sumptuum umbra egestas. *Prov. xxii. 14.*
De ἀσώτῳ. Luc. xv. 30 κατὰφάγων τὸν βίον
μετὰ πορνῶν. In furoris deliquio mens fu-
tura non præcogitat: quia intellectus tran-
sit in affectum: at potito amore, ipsa volup-
tas vertitur in tormentum. Cum itaque
scortator obtorto collo ut bos ad lanienam,
ita ad suum exitium rapiatur, ideo tergum
Νεανίσκοι obvertite illecebris his argentariis.
Philetarum osculis strangulamini *Γανίται* &
tandem digito nudo mendicatis. Exuti
bonis estis oneri & fastidio omnibus. Qua-
propter *πᾶσις μεταμέλειαν ἔπείαμα.* Non
tantum hæc profusio voluptatum perdidit
ho-

62 De Fornicatione Cavenda

homines, sed & familias evertit & respub. dissipavit. Canaanæos, Phœnices, Ægyptios, Assyrios, Græcos & Romanos paulò ante gentium dominos, luxuria rerum potiente, spoliatos imperio invenietis. Salvianus non immeritò conjicit otium & libidinem fuisse causas quod Italia Gothis, Græcia cesserit Tartaris. Deglubunt quoque lupæ carnis substantiam, ut dixi, eamque putridam vermibus relinquunt in pabulum. Meretricis sinus est sarcophagus & sepulchrum dealbatum. Longè, longè fugitote, ne hæ *αὐθρῶπι Φάγαι* vos devorent vivos. *Prov. v. 8. Theß. iv. 3.* & saluberrimo D. Pauli pærete rescripto, *Rom. vi. 17.*

Nolite emendationem vitæ differre. Omnis procrastinatio in incerto. Nescitis an ad diluculum sitis victuri. Cognoscite ceu juvenes ceu senes morti æque proximos esse. Infantes fati acerbitas tollit, & majorenes undique varia circumstant & obsident pericula, adeo ut ne momento quis de vitæ suæ puncto possit esse certus. Multi qui se dederant somno, seque immerferant voluptati, mane inventi fuere mortui. Zimri & Cosbi, Alcibiades, Pindarus, Tigellinus, Speu-
sip-

ADMONITIO. 63

ippus, Sardiniani, Politianus, & alii in-
ra scortorum amplexus inhonestam clau-
ere vitam. Vigilate itaque ne inopina
norte spiritum per ludibrium amittatis
& foedissimam vitam turpissima morte fi-
niatis. Cottide morimur ne stabilem vitæ usu-
ram ullus mancipio retineret. Cum ita-
que certæ vitæ prædem non dederit Na-
tura, ideo de singulis articulis ejus deli-
berandum. Si quid sapientiæ vobis, re-
dimitte tempus. De re pretiosissima luditur.
Cum celeritate fugientis temporis certate
semperque instantis fati sitis memores. Non
sensim disfluendi mali mores: sine compe-
ndinatione ulla protinus mutandi. Om-
nibus omisis hoc unum agite ut jamjam
deseratis nocitura, & profutura sectemini.
Psalm. cxix. 2, 3, 4. Hoc vobis subito
dicite, Jam statim, imo vero, jam nunc
incipiemus ad tempus esse solliciti, si ve-
limus semper esse securi. Hoc quotidie
meditamini, vitam nihil esse aliud quam
progressum ad mortem: mortem vero ap-
pulsam ad immortalitatem. Cum itaque
vita hominis sit meditatio mortis & æ-
ternitatis, ideo animi majestas semper no-
bis

64 *De Fornicatione Cavenda*

bis sit cordi. In multis regionibus nemo sumit togam nisi mortuus: at tu sis semper de vitæ tuæ puncto sollicitus. *Alius de alio judicat dies, supremus de omnibus.* Sub mortis horam ad animum revocandæ sunt omnes transactiones. Tum pœnitebit infructu laboris & dementiæ. Qui sanctè & inculpate vixit, is cum debitum solvit naturæ, se sua consolari potest innocentia & integritate.

Improvisa nulli mors est, cui provida vita.

Cogitemus Imperatorem vitæ non cuiusvis semper largiri usum memoriæ aut intellectus: sed sæpe sinere ut mors vi rapida opprimat expirantem. Dum corpus sanum & mens alacris est, distinctè potest concipere cœlestia: at verò sub ictu mortis fatiscit intellectus nec justa æstimatione pensare potest æternitatem. Cogitationes itaque dum vigor suppetit, præmittamus in longinquum.

*Nam quod non fuerit conceptum corde quieto,
Acquiri in sævo turbine non poterit.*

Nec

ADMONITIO. 65

Nec perfunctoriè recolendum, egrediente anima, impuros animos resolvi in cadæmones, pudicas verò mentes reverti ad fontem pudicitiaë

Quare, dum incolumes, mente pudicitiam & conscientia castitatem tueamur. Antiqui mali fibræ elidendæ sunt confessione & pœnitentia. Confessio est initium levaminis. Quippe quamdiu occlusum in pectore fovemus peccatum, tamdiu premimur gravitate. Inclusum pectore peccatum est vultur, quod nulla miseratione domicilio suo parcit. Luellæ præstolatio *ἐαυτὸν πιωρῶμένω*. Si cupiatis levari laniatu, Deo & vobis præterita delicta confiteamini. Nolite prætextu humanæ infirmitatis excusare commissa; nam excusatio auget peccatum, quia tentatis per fraudem obrepere. Sed quam stultum est fucum velle facere omniscio Deo. Saul se excusabat: David verò confitebatur, & plangebatur. Quare si sincerè fateamini & serio agatis pœnitentiam, corrodentem illum vermem necabit Deus, & quoque ingenitum ardorem mitigabit. Qui propitiando & litando impetravit votum, illum circumstant hilaritas, sanitas & florens

66 *De Fornicatione Cavenda*

rens ætas. Vos si desideratis hilares esse ac sani, desinite plangenda committere, & pœnitenda appetere. Mentibus vestris versate quam nihil omnino sit quod tot laboribus sumptibusque venamini. Non tantum deprecatione sed morum emendatione placatur Deus. E diverticulo in rectam semitam redire non potestis, nisi anteactæ vitæ finem imposueritis. Cum nulla medicina majorem excitet dolorem quam quæ sanat: ideo subita hæc mutatio iis, qui sæculi vanitate permadent, videbitur forsan difficilis; verum si aliquid pedetentim detraxeritis assuetis, languescet mos pravus. Apertis oculis videbitis hanc animi tranquillitatem jucundiorē esse vitâ dissolutâ. Tentate. Licet nequitiis indurati non queant cognoscere virtutis suavitatem, (sicut ægri ciborum delicias non gustant, sensibus stupore obrusis: ita libidinosi tempestatibus quassæ placidæ virtutis gustum non habent) tamen non desinit castitas valetudini & pudicitia menti esse salutaris. Experimenti. Experimentum mei profectus refero. Nunquam sero reditur ad bonam mentem. Nemo posthac tam amens fuit, qui non illam viam

ADMONITIO. 67

am vitæ, quam ante præcipitem & lubricam esse ducebat, huic planæ & stabili præponendam esse arbitretur. Nos enim in dulci juventute fervore ætatis impulsî, everfi fuimus: sed postquam contrito corde litavimus, erexit nos Misericors. Vos qui in concupiscentia carnis mortui estis, resuscitabit quoque benignus pater, modo mecum incipiatis spernere voluptates, coercere intemperantiam, refrænare appetitus & sectare continentiam ac mediocritatem. *Humanum est errare: belluinum perseverare in errore.* Quæ major potest esse voluptas quam fastidium voluptatis? Quæ sublimior perfectio, quam affectuum moderatio? Si peccatis, ex solito redeuntibus, velitis obsistere, sitis semper sobrii & frugales. Ganeones profligatæ vitæ non secus ac æruscatores & veteratores, quos egestas & quæstus exagitant, ab extrema linea salutate. Illum quærite qui ruinæ tuæ spoliis nolit ditescere, & qui ventri, gulæ, languori ac libidini imperans te contra aleatorum, leonum & emunctorum præstigias possit rudire ac munire. Hunc humanitate vobis conciliate. Hunc conciliatum magni

E 2 fa-

68 *De Fornicatione Cavenda*

facitote. Omnia oculorum oblectamenta sunt lenocinia exitiosa. Spernite, cum Demosthene, voluptatem quæ inducit μεταμέλειαν, & cum Socrate quærite ἡδονὴν ἀμεταμέλητον. Venti Venerique tributa pendentibus digitorum porrigite medium. Resipiscite.

Confimilis vitæ ratio est cum Concubina. Concubina est quæ cum cœlibe viro, ob quotidianas necessitates, naturale fovet contubernium sine titulo & dignitate matrisfamilias. Ob dubiæ castitatis aleam timidiores atque imbelles Μοργίτες σοφώτεροι, hac conditione sibi solent stipulari vitæ sociam. *Quamdiu me castam & morigeram gesserō, tamdiu ego tibi justæ uxoris loco ero? eris.* Quod si non impleret hæc mulier, poterat iterum unius dissensu dissolvi. Licet hic convictus ubique gentium sit permissus, sicut avaritia, quam mercatores *Parsimoniam* vocant; tamen viro sobrio non expetendam hanc esse tori consortem jam pridem inveni. Cum hæc venefica sciat se tantum in diem vivere, ideo te velut excetra sinistro ore dilaniat. Inter amplexus pandit os suum vorago & nihil non te extorquebit dilecta. Mare est fœmina, quod das de-

ADMONITIO. 69

devorat, nunquam abundat. Emungit non
 illa te solum, sed & si habeat pauper-
 culam matrem, hæc quoque te vexat &
 lancinat.

*Et soror & mater, nutrix quoque car-
 pit amantem,
 Fit cito per multas prada petita ma-
 nus.*

Taceo suppositos. Cum amator non sem-
 per adest, solet vicinus subinde vacuo le-
 cto potiri proque tuo suum supponere fœ-
 tum. Adeo ut tota tua vita naufragium
 sit. Nullus, quamdiu sub nutu dominæ
 degit, facile novit discernere se, dum e-
 mit, etiam venire: quia exitium blanda
 voluptate cerussatum irretito solet esse gra-
 tissimum: at verò simulac evanuit lenoci-
 nium (Δὲς ἢ τρὶς τὰ καλὰ) turpium im-
 pensarum incipit pœnitere. Quanto per-
 ditior quis amat amicam, tanto illa acrius
 urgeat pro uxore justa haberi. Quod si abo-
 mineris, illa cum lacte & butyro adferet
 malleum cum clave, & in te incitabit
 Philistinos. Licet νόθοι dicantur παρθένοι,
 nec propriè sint Spurii, Justinianus tamen
 illos pro talibus habet. Licet patrem queant

E 3 de-

70 *De Fornicatione Cavenda*

demonstrare, eum tamen habet quem habere jura non sinunt. Exstantibus liberis legitimis ex justis nuptiis filii naturales non succedunt.

Καὶ τὰς νόμους, νόθος ὧ εἰ κ' ἐγγήσιος.
 Ἐρῶ ἢ καὶ τὸ Σόλωνος σὺ νόμον,
 Νόθος ἢ μὴ εἶναι ἀγχι-
 σείαν, παίδων ὄντων γνη-
 σίων ἐάν ἢ παῖδες
 Μὴ ὡς γνήσιοι, ταῖς
 Ἐγγυτάτω τῷ γενεῶν
 Μετῖναι τῶν χρημάτων.

*Pistheterus Herc. apud
 Aristoph. in Avib.*

Cum Concubina non soleat ἔχειν ἄνδρα,
Gen. xvi. 2. xxx. 4, 9. Ideo ἔχω Δαίδα
 ἀλλ' ἐκ ἔχομαι Nolito amores nuptiis an-
 cillæ conglutinare, sed ducite parem. He-
 rili devincta nodo insolentiùs tumescit &
 debita veneratione desinit prosequi Domi-
 num. Si dedita sit queremoniis, valeat
 cum suis querelis & colligat sarcinulas ὠμύ-
 ζης. Melius est cum læna & dracone com-
 morari quam cum muliere spiritûs rebellis.
 Exi-

ADMONITIO. 71

Exigua est omnis improbitas ad improbitatem
μανηχῆς.

— faciunt graviora coacta
Imperio sexus minimumque libidine peccant.

Sicut Mars, ita Venus æquos amat. Nihil ridiculum magis quam ἐπερόζυγον. At forsitan reponet timidior tam malam esse domi uxorem quam foris amicam. Scio multa esse incommoda quæ in perpetua illa contingere solent servitute: sed cum longe gravioribus periculis & damnis mulctemur à carè emptis Veneribus, quæ demum insania circa has Scyllas atque Charybdes incertis casibus jactari & tandem in certissimæ ruinæ scopulum impingere? Uxor in adversis tuas ægritudines levat obsequio & affabilitate. In secundis te insolentem inhibet, acrioribus cruris involvit & almi ventris onere gravidata cogit ut turgida vela contrahas. Uxor afflicta solatium quoque invenit in pectore viri. Ille enim afflictiones prudenter cum sauciata dissimulat & patienter fert, mox doctiloquio divinæ providentiæ dispellit, abstergit. Quos

E 4

Deus

72 *De Fornicatione Cavenda*

Deus amat illis inquietudines objicit, quos odit finit illis suo genio indulgere. Si in matrimonio placidam exoptetis quietem, quærite verecundam. Verecundia est probria castitatis & absentia nostræ præsidium. Illam non in turba *σποραδῶ*, sed inter honestos castosque invenietis parentes. Non illa est dos quæ vulgo putatur ingens pecuniarum summa, pulchritudo, & saltandi peritia, sed virtus parentum dos maxima. Nam quæ ex frugalibus atque pudicis nata est parentibus, plerumque erit frugalior & pudicior alius. Indoles sub faustis ritè nutrita penetralibus fragilem naturam corroborat. Seligite in rebus Venereis innocentem quam castæ quoque diligunt Sabinæ.

Καταρθεῖν τῶν ἀφροδισίων πρὶν τῆ γάμῃ.
Epietetus.

Pythagoras apud Iamblichum. c. 31. adde Clementem Alex. lib. 3.

De qua mentiri fama veretur.

Sedata cupido commendat pauperem, redimit deformem atque exornat venustam,
Prov.

ADMONITIO. 73

Prov. xiv. 1. xxxi. 13. Talis fertur
fuisse Plotina Trajani uxor, de qua *Plin.*
Nonne si Pontifici Maximo eligenda uxor esset
aut hanc aut similem eligeret? Apud Laco-
nes puellæ è lare paterno protrudebantur
indotatæ, & quam modestia, humanitas, ca-
stitas, virtutesque aliæ reddiderant spectabi-
lem, illa eligebatur in uxorem, utpote, au-
ro contra carior, *Prov.* xix. 14. Cui con-
tingit talis uxor, *Martial.* x. 24. huic vita
felix: cui imperiosa & obloquax domi fo-
risque est miserrimus. *Syrach.* xx. 4, 5. *Eu-
ripid.*

Δίδυμ' ἔρωσ χυσοκόμας.
Τόξ' ἐπιλαμβάνεται, χαρίτων
Τὸ μετὰ ἐπ' εὐαίωνι πότμῳ
Τὸ δ' ἐπὶ σὺγγύσῃ βιοτῆσ.

Si plus de pecunia quam de moribus sis
solicitus, noli indignari si rixis, ærumnis
damnisque mulcteris. Intolens malum est
beata uxor. Quis convicium audet dice-
re dotatæ? Et quoniam viri honore indignus
est quisquis uxoris suæ compedes emat:
ideo nolito uxori nubere. Cogit illa te
suis responfitare interrogationibus,

E 5

Sic-

Siccine lente jaces?

Si cum dote grande adferat supercilium, videndum an illa habeat agnatos gentilesque honoribus divitiisque fulgentes, quorum operâ possis promoveri ad divitias atque honores. Ubi potentes consanguinei, ibi opes. Si extincta sit illa gentilitas, valeat cum sua nobilitate jactatrix. Si non sis ordinis superioris, illa te semper vilipendet. Licet pulchritudine se maximè oblectet maritus, *Syrach. xxxvi. 24.* tamen & illa decipitur. Nihil quidem gratius virente gramine aut flore, sed nihil eo fragilius. Singuli dies carpunt ejus decus. Ubi maritus videt post partum pectoris ventrisque formam esse mutatam, sæpe stolam, quâ involutum est conjugis corpus, proculcat per gradus.

Quos conjunxit forma atque libido, illos iterum dissolvit ea mutata, *Aristotel. Ethic. 8. 3.* Si itaque constanter velis amare, nolito fluxa respicere, sed perennia cogitare. Virtus perennis est. Non illa est virtus quæ ex oculorum percipitur oblectatione: sed quæ penetrat & demul-

ADMONITIO. 75

ulcet animum. Alcumena apud Comi-
m.

Non ego illam mihi dotem duco esse qua
dos dicitur,

Sed pudicitiam & pudorem & sedatum
cupidinem,

Deum metum, parentum amorem & cog-
natum concordiam,

Tibi morigera, atque ut munifica sim bo-
nis, prosum probis.

ucret. Lib. iv.

Deteriore fit ut forma muliercula ame-
tur

Nam facit ipsa suis interdum femina
factis.

Morigerisque modis & mundo corporis
cultu

Ut facile insuescat secum vir degere vi-
tam.

Quod superest, consuetudo concinnat amo-
rem.

Præferat vir sagax vera falsis, utilia ju-
ndis, æterna caducis. Præterea rarò pu-
di-

76 *De Fornicatione Cavenda*

dicitæ & pulchritudinis solet esse concordia. Si pulchra est, ipsa præda furem vocat. Si sit pulchra & fatua, pulchritudo est sicut annulus aureus in naribus porco. Satis formosa cui vires ingenuæ, salubre corpus & prudens simplicitas, *Mart. x. 47.* Hodie cum nullum vitium vitio vertitur dummodo dos sit vel pulchrum os, indignari noli si postes tuæ domus ornentur cornubus. Non lucro aut spe pecuniæ, sed solis animis honestus amor æstimatur, *L. iii: D. de Donat. inter Vet. ii.*

Si picta sub herba latuerit hydra tibi que contigerit falax, petulca, garrula & litigiosa: dicam quibus modis & hæc amara facies dulcia. Considera primò te hanc confarreationem suscepisse ut post mortem à sæculo ad sæculum maneres superstes *Psal. cxxvii. 3.* Ærumnarum gaudia sunt renidentes circum lares liberi atque nepotes. *Euripid. Ion. 481.* Nemo pro patria sua vellet mortem oppetere, nisi spe posteritatis fructuque duceretur. *Si sine uxore possemus esse,* inquit apud A. Gellium Metellus Numidius, *Lib. ii. 15. omnes careremus hisce molestiis: sed quoniam ita natura tradidit, ut nec cum illis satis com-*

mo-

ADMONITIO. 77

modè, nec sine illis ullo modo vivi possit saluti potius perpetuæ quam brevi voluptati fuit consulendum. Si nactus es obloquentem, cogita omnium mulierum indolem esse contradicere & ad aurem obgannire. Dodonæi lebetes semel moti per totum resonant diem: at vero si quis mulierem inclementius tetigerit, lingua ejus solvitur statim in obloquium & non prima desinet, sed noctem diei adjunget, ut de Myrtila sua Menander apud Stephanum. Juvenalis de lingulaca,

*———— verborum tanta cadit vis,
Tot pariter pelves & tintinnabula dicas
Pulsari. ———*

Τὴν ὀφειλομένην εὐνοίαν ἀποδίδωτω, I Cor. vii. 3. Sæpe similtas oritur ex desidia mariti. Si maritus noctu jacuerit adversus, uxor conviciarum plaustra in ancillas, in vicinas exonerat neglecta. Omnes mulieres natura labiles atque caducæ & furcilandæ. Synesius testatur se eis Ἀφροδίτῃ Juris fuisse & æquitatis observantissimum. Si lateri tuo non peperceris, commodiuscula quin & propitia fiet tua costa. Nonnullæ Tanaquillæ adeo vafræ, ut rixas studio-

78 *De Fornicatione Cavenda*

diose conflent, gnaræ Venerem pacem
 miscuisse duello, quare, ut neglecta offi-
 cia promoverent versutiores, datâ operâ
 ferunt jurgia. Contra has indomitæ tenti-
 ginis veneficas patientiæ loricam induere
 Hiobus & Socrates. Mœcenas quotidiana
 repudia solebat deflere & millies eandem
 ducere uxorem. Milanion trucis Atalantæ
 crura humeris tulit ut eam placaret.

Qui patientis animi galeam huic oppo-
 fuerit importunæ atque crudeli, is facit
 ut ab altera parte cessaverit similtas, 1
Pet. iii. 7. 1 Corinth. xiii. 4, 5, 7. Quod si
 mactata hostia non lenior fiat efferata, non
 longius ejus utere cenditione. Lemniades
 una nocte maritos suos ob marcorem sustu-
 lere, excepta Hypsipyle quæ Theonem
 servavit. Belides Danaï filix maritos quo-
 que interfecere, inter quas unica Hyper-
 mnestra quæ Lynceum dimisit incolumem.
 Sic Eurypyle; sic Ariadne quæ Zenonem
 vivum jussit efferri & sepeliri, nupsitque
 Anastasio Dicoro.

— *Et similis si permutatio detur,*
Morte viri cupiunt animam servare catellæ.

Πά-

ADMONITIO. 79

Πάσαι γυνή χόλῳ εἰσιν, ἔχθ' δ' ἀγαθὰς δύνω
 ἄρας,
 Τὴν μίαν ἐν θαλάμῳ, τὴν μίαν ἐν θανά-
 τῳ.

Et quamvis vir naturæ privilegio & gen-
 tium jure sit familiæ suæ princeps, ratio
 denique dicet ut maritis suis sint subjectæ
 uxores, *Isaia* iii. 12. *Ephes.* v. 22, 24,
1 Pet. iii. 1. Tamen cogitet vir fortis
 fœminam imbecille vas esse, eique ob
 hanc rationem impertiatur honorem, *2*
Cor. vi. 6. Licet te inferiori geras pa-
 rem, tamen te ut superiorem semper ve-
 nerabuntur vicini. Viri diligant, *Ephes.*
 v. 25. mulieres ament, *Tim.* ii. 4. Quæ
 sincere amat, illa efflictim perditèque dili-
 gitur, *Syrach.* xxvi. 16, 17, 18. Haud
 mediocre condimentum amoris consensus
 voluntatum:

Optatos animi conjungite amores.

Si unus animus, concordia geminato con-
 sensu erit individua. Eadem voluere, ea-
 dem noluere Orpheus eum Eurydice,
 Paë-

80 De Fornicatione Cavenda

Paëtus cum Arria, Mausolus cum Artemisia; Protefilaus cum Laodamia, Priamus cum Hecuba, Admetus cum Theone, Collatinus cum Lucretia; Posthumus cum Læla. Galla, Seneca cum Paula, Albutius cum Terentia, &c.

Danda opera est ne qua dissidia fiant

Quod si subinde oriatur frigusculum, sit matrona semper marito suo inferior, ut Sara, Penelope, Cornelia, Porcia: aliæque. Sinat se Caja subjugari; ad nutum Caji surgat eique eat obviam dicens, *Domine adsum, impera.* Ægyptii omnem foeminam, quæ viro morem gerit, vocant Ἀφροδίτη. *Hor. Apoll. 1. 8.* Cum tandem istud, quod avidè expetisti, assecutus es, οὐκ ἐπιθυμήσῃς. Fidem, quam Deo teste interposuisti religiosè custodi. Sciat vir probus se uxori suæ tantum natum esse non alienæ. Conjux quoque quod sanctè præstitit sacramentum inviolatè observet. Servanda fides ab utroque alteri est. Quales vultis uxores esse, tales & ipsi estote mariti. Cum omnes ferè foeminæ naturâ sint appetentes,
una

ADMONITIO. 81

una cautio atque una provisio est, uxor
retineatur solo exemplo continentiae. Fru-
galitatis & modestiae retinaculis constrin-
genda est tua costa. Nam si vagis con-
iunctionibus invigilaveris, mulier, ad hoc
vitium prona, pravo tuo exemplo incita-
bitur ad talionem.

— μιμῆσαι θελῆ

Γυνὴ τον ἀνδρα χ' ἀπερον κλαῖσαι φί-
λον, *Electra apud Euripidem.*

Si honestam matrem familias postposueris
scortis: illa torum tuum temerabit, & pro-
legitimis familiam tuam obruet hæredibus
extraneis. Et licet maxima sit differentia
viri cum soluta rem habentis; & mulieris
cum cœlibe. (Illa enim præter fidem con-
jugalem violat etiam societatem civilem sup-
ponendo adulterinos & incestuosos partus
& falsos hæredes marito. *L. 6. L. 34. D.
ad L. f. Adulter.*) tamen nulla est tam per-
diti pudoris adultera quæ non hunc præ-
textum impudicitiae suæ prætendat, se pec-
cando non facere injuriam, sed illatam sal-
va conscientia referre, ut notant Lactan-
tius & Ulpianus, *L. 13. § 8. D. ad L.*
F

82 *De Fornicatione Cavenda.*

f. Adulter. Cavete itaque viri, ne quod conjugis est, alii detis. Cohibeat matrona cogitationes intra genialem lectum.

Τίχισον ἡ γυναῖκες εἰκότα τέκνα γο-
νεῦσιν.

Laudantur simili prole puerpura.

Ad fingendas frontis, oris corporisque similitudines maximè valet imaginatio. Si uxor fervidè inter opus imaginem mariti fixa cogitatione versaverit, formæ cogitatæ & haustæ lineamenta sub ipso conceptu confluent in secessum uteri, & embryoni inducentur. Quare plures inter homines quam inter bruta facierum sint differentiæ rationem hanc tradit Plinius, *Lib. vii. 12.* Animalia bruta singula in suo genere cuique similia gignere corpora, quia imaginandi vi carent: at verò animal rationale ob velocitatem cogitationum animorumque celeritatem simul & ingeniorum varietatem multiformes imaginationi imprimere motus adeoque & foetui.

Ἄσὸρ-

ADMONITIO. 83

Ἀσόργα ἢ γυναικὸς ἐπ' ἀλλοτρίῳ νόσῳ
αἰδῶν,
ῤηΐδια ἢ γοναὶ τέκνα δ' ἔπει' εἰκόλα
πατρί. *Theocrit. Id. 17.*

Cum itaque patrantium cogitationes effingant foetum, ideo animo & corpore marito tanquam saxo adhærescat conjux.

*Sit suo similis patri
Manlio: & facile insciis
Noscitur ab omnibus,
Et pudicitiam suæ
Matris indicet ore.*

Non omnes tam felices ac Proconnesia, de qua *Solinus, cap. 4.* Veteres solebant figura Apollinis, Bacchi, &c. proponere gravidis. *Galenus lib. 1. 11. πρὸς τῆς Γελαίας.* Cum jam siti tuæ nactus fueris potum, noli illam accendere magis bibendo. Nullam salutis spem habent ægri, qui in medicinam incidunt morbo pejorem. *Σπαλάωσις* non gerendus mos, *Esaiæ iii. 12.* In fœminis virositatem non tollit tonsa juuena, aut brassicarum lotium: sed cupido

84 *De Fornicatione Cavenda*

domita ratione. Ne lolium in feracissimam succrescat messem, in principio castiganda est foliorum luxuria. Quibusdam canibus sic innatus est latratus, ut non proferitate, sed consuetudine latent. Si consuetudini indulgeas, necessitati eris mancipatus & in metallum damnatus. Quippe nihil est appetentius, nihil rapacius quam uterus. Sana ratio abroget consuetudini. Sicut pudicitia virginem, ita continentia decet matronam. Continentia est rationis in libidinem moderata dominatio. Si itaque secundum rationem vivere velit continens, semper appetitus obsequatur rationi. Quæ ἀσελγῶς poscit sibi satisfieri, illa ὑβρίσασσι τὴν χάριν τῆς θεῆς, at apud Martialem Christina 11. 31. Xystus Γνωμογράφος notat complures cum propria uxore stupra committere & adulteria. Certè si quis easdem, quas cum scorto, etiam cum uxore sua ἐν κλινοπάλῃ exerceat nequitias, parum interesse videtur an domestico vino, an vero œnopolæ insaniat liquore. Cum itaque conjugata se æquè suo marito possit prostituere ac ganeoni, ideo quæ in permisso ludo nolit peccare, illa non nisi temperanter congruenterque indulgeat amori.

ri.

ADMONITIO. 85

ri. Non debet provida materfamilias eodem uti patrefamilias & profuso largitore, non magis quam amico consultore & adulate. Cestum nunc huc, nunc illuc ligare, & immundissimis basiis maritum conspuere illumque ad fastidium disterere, non matronæ, sed lascivissimæ induperatrici est. Talis Julia F. *Plin.* xxi. Sacra istius palæstræ non nisi piè castèque debent confici. Omnis ἀσέλγεια liberorum procreationi infrunita est. Salomon πλυγαμώταΙΘ ex 300 pellicibus uxoribusque 700. *I Reg.* xi. 3. unum tantum sustulit Roboamum. Matrimonium non voluptatis incitandæ, sed propagandi & conservandi generis humani causa concessum mortalibus. *Seneca cons. ad Elu.* Πάντων μέρων ἀριστον. Monet Lamuelem Betfaba ne mulieribus robur suum det.

Μηδὲ γυνή σε νόον ΠυροσέλΘ εξαπατάτω.

Quis prodigè suum semen profundit, is απείρη ἐνὶ ποντῷ.

F 3

*Ερω-

Ἔρωτες ὑπὲρ ἔρμεν ἀγὰν
 Ἐλθόντες οὐκ ἐνδοξίαν
 οὐδ' ἀρετὰν παρέδωκων
 Ἄνδράσιν, εἶδ' ἄλλης ἐλθὸς
 Κύπεις οὐκ ἄλλὰ θεὸς
 Εὐχαρισῶ ἔγω.

Qui arcum semper habet extensum is illum enervat. Non est fertilis ager qui semper foditur: sed qui tempestivè colitur. Si velis ut pinguis maneat ager, stata per intervalla fode. Qui quotidie scindit catullientem lupam is languidè hæret: at qui exspectat donec ipsa natura affluenter exuberat, hic almo imbri in lætæ conjugis gremium descendit. Festo die si quid prodegeris, profesto egere licebit, nisi peperceris. Salaciores cito calvescunt & senescunt. Non tantum latera fiunt invalida parumque firmi poplites, sed & mens memoriaque vacillant, Aristot. *Prob. xix.*
 4.

*Hinc animi caligo & magna oblivio rerum
 Quas modo gessisti.*

Ve-

Vetulae itaque erudiant adolescentiores ne maritorum vires frangant atque exhauriant sed reverenter habeant & libertatis impetum moderentur. Permissi ludi terminus Μηδέν ἄγαν. Solon catus decorae palaestrae Rector τοῖς ἐκάστῃ μίωός. Zenobia semel tantum quovis mense concumbebat, nec sui potestatem concedebat Odenatho, si cessaret profluvium. *Treb. Pollio c. 30.* Praegnans, simulac menses desinunt pendere tributa, ante omnia abnuat desideria mariti. Ne fraudetis vos invicem nisi ex consensu pro tempore, ut puri jejuniis orationibusque vacetis: & ne vos tentet Satanias Διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν, iterum in unum convenite, *Cor. vii. 5.* Eodem sensu quo *Irascimini & nolite peccare.* Julia repleta quoscunque admittebat fessores, *Macrob. ii. 5.* Caeterae inter ζῶα ἄλογα bestiae tantum τῆς γόνυς χαλεπὴν invicem admittuntur, foetuque suscepto repugnant: at mulier & equa semper Ἴπποκλήη, laborant, nunquam profedano, *Aristot. iv. 5. 8.* Foeta dicitur de animalibus: de muliere & equa *grauida*, *Plin. vii. i. viii. 17.* Plato genitale viri vocat animal sui juris: at mulieris uterum servum dedititium cu-

88 *De Fornicatione Cavenda*

piditatibus. Licet sic fieri soleat, tamen melius cum rebus humanis ageretur, si mariti minus indulgerent prægnantibus. Cum in procreatione sobolis natura operetur cum opifice cœlesti, ideo dum fingitur, dum animatur fœtus, nefas est operantem naturam ritèque crescentem afficere molestia. Si fœtus in visceribus matris vocis usu polleret, conquere-
 tur se indigna pati: id quod etiam nescius fari facit cum primo respirat. Ex nimia petulantia suscepti plerumque sunt flagitiosiores. Nam perpetuis parentum urticis stimulati ac inflammati non possunt non per vitam ardere. Saul Jonathanem vocet *progeniem lascivæ*, 1 Sam xx. 30. Præterea cogitate intemperantes sæpe intra ipsas artificis naturæ manus fœtum interficere. Si itaque turbatum naturæ ordinem videatis, suspicamini tantæ calamitatis causam fuisse nimiam plantatorum lasciviam. Si arietans embryonem non suffocet, efficit tamen, sicuti ego accepi, ut puerpera ejiciat scævos, claudos, atque gibbosos. Quare si domesticis funeribus erubescere nolitis, finite gravidam manere obseptam.
 Γαμὸς ἢ ἡ παιδοποιίας ὄρεξις. *Lege Lysia*
 orat.

ADMONITIO 89

apud Platonem. Charondas quoque admonuit non nisi gignendis liberis conveniendum esse. ἡ Φύσις πενοποιίας ἐνεκεν οὐκ ἀκολασίας ἐποίησε τὴν σποράν. Ab ἐχέσει abstinere Judæi, teste Clem. Alex. Esseni *πρακτικοὶ* in Palæstina in Ægypto A. D. lvi. *Θεραπῶται καὶ Θεραπῶτρίδες* (qui neque Esseni neque Christiani,) in modum diffidii secubabant, & tum demum in unum conveniebant cum liberorum suscipiendorum causa genitalia arva conferi deberent. Lege Philonem. Similia de Christianis narrat Hieronymus. Palladius non dissimulandus auctor refert Brachmanum uxores ex altera Gangis parte versus Indiam habitasse, atque in eam viros tantum mensibus Julio atque Augusto, cum sativum instaret tempus trajecisse & per 40. dies perfunctis officiis, iterum remigrasse in aliam insulam, nec unquam gravidas ex intervallo revisisse uxores. Spartianus memoriæ prodiit Pescennium Nigrum rarissimi exempli virum rei Veneræ prorsus tuisse ignarum, nisi ad procreandos liberos. Cereris sacerdotes consentientibus viris, amica separatione viduantur imprægnatæ, averfantes

contactum masculorum usque ad oscula filiorum. Quemadmodum agricola postquam in terram coniecit semina, expectat donec ad lætam frugem adoleverint illa: quoque vir sapiens postquam intellexerit sistere profluvium, sinat gravidam, usque dum excusserit onus, manere intactam. Græci viros prudentes vocant *χρήσιμους*. quales sunt hi qui nihil ineptè moluntur. Qui cum *ἐχύση* semen miscet, is laboris sui fructu privatur. Mulier *ἐν ᾧδρασίῳ γίγνε* sed si se sobriam modestamque gerat, salva fiet *Διὰ τὴν τεκνογονίαν μετὰ σωφροσύνης*. I *Tim.* ii. 15. *Eurid.* *Iphig.* 543. *Aul.*

Μάκαρες οἱ μετρίας θεῶν
 Μετὰ τε σωφροσύνας μετέχον
 Λέκτρων, Ἄφροδίτας
 Μαινόμεν οἴσρων.

Adde v. 316. in *Bacch.* σωφρονίζεσθαι *Æliano* se inedia castigare. σωφροσύνη est prudens temperantia. *Suid.* V. p. 785. σωφροσύνης φιλοσοφία. *Chrysof.* T. v 695. *Eustath.* δ. od. 164. 9. Ε contra τὸ φρόνημα τῆς σαρκός. inclinatio carnis intempe-

va

ADMONITIO. 91

Deo invisā & Spiritui Sancto exosa.
LXX. Interpretibus Στρεῖν, unde Apocalypsis Scriptor Στρεβιάσσαντες interpretatur
πρεβύσαντες, c. xvii. 9.

Proinde si velitis esse Φιλοφροσῦνοι ἢ
σεβῆσιμοι sub rationis, quæ hominem discer-
nit à mutis, jugum carnis redigite,
tamque ad recti & frugalis consilii dicta-
men componite, cuius terminos si quis
excesserit, nihilque aliud ex conjugio pe-
ierit, nisi ipsam voluptatem, is ne-
que prudens neque frugalis est, nec u-
tile aut honestum meditatur; sed πλεο-
εκτῆς λογικὴν λατρείαν prophanat. Ευκαι-
ρία scientia opportunitatis idoneæ, quæ
& monente Tullio Ὀταξία dicitur. Vos
autem matronæ, simulac complicatæ na-
turæ signa apparent, nolite in medio lecti
onorari sed in extrema sponda secubate.
Licet plebeïæ mulieres, quas natura fatali
necessitate tam abjecto loco collocavit, ut
oratione se sublevare non possint pergant vi-
ciosæ obtemperare naturæ, vos quæ cupitis
liberos modestos, sitis ipsæ flexibiles, frugi,
modestæ & poculum desiderii sana ratione
emperate, id est, convienter dictamini-
ationis rectæ vivite, quod in iudicando
ra-

rarissimè fallitur. Non ad similitudinem sed rationem vivendum. Nisi sana ratio hunc moderata fuerit furorem brutescit mulier. Ratione decedente appetitus satisfieri non poterit. Si ratio præerit appetitui, rationi succumbet furor. Quod si itaque rationem sanam sequamini ducem eique appetitum obedientem præbeatis, cætera ludibundæ perficietis. Inferri posset mulierem habere in corpus mariti potestatem. Licet conjux habeat jus cogendi maritum ad debitam benevolentiam: tamen hoc privilegium æquo & iniquo tempore exercere neque ratio aut divina indulgentia jubent. Pittacus Mitylencæus inculcabat, *Γινώσκε καρπὸν, ὧρα ἐρᾶν, ὧρα δὲ γαμεῖν, ὧρα δὲ πέπυδαί.* Quædam quæ tempore licent, eo mutato, non licent. Si conditio temporis sit mutata, non licet hominem esse aut facere quod vult. *Quæ contra honestatem & bonos mores fiunt, ea nec facere nos posse credendum est,* ut ratiocinatur Papinianus. Nolite itaque contra opportunitatem temporis incubare aut inhærere visceribus gravidæ ejusque uterum puero faliente vexare. Si ratio malâ consuetudine aberrare cœperit, revocetur sapienti dicto.

In-

ADMONITIO. 93

inculcate conjugibus ἐν γάμοις rectos & verecundos mores foetum roborare. Orent cum Elizabetha ut repleantur Spiritu sancto. Ne vacua possessio immundis Spiritibus pateat, evolvat gravida oracula sacra. Sunt illa ἰατρείων ψυχῆς. Nulla animi ægrotudo quæ non suam in illis invenit medicinam. Semper contra vigilantis mali (nam cum vacat pudiciã libido occupatissima est,) illecebras habebit pharmacum, & appetitus parebit dictamini rectæ rationis. Cum mulier otiosa semper malè cogitet, ideo frequentet statas fidelium cogregationes: sic animum simul & corpus exercebit. Sit conditionis suæ semper memor gravida, nec admittat maritum. Quæ repulsiu temulentum; illa sicut rosa, florum sydus, inter spinas fulgebit. Postmodum enixo partu sit prolis suæ nutrix puerpera. Cogitet mater infanti nihil gratius quam sanguis, quo concretus & coalitus est.

Patimurne infantem nostrum pernicioso venefica, temulenta aut serua cruore ali, aut infici contagio? Spiritumque ducere in corpus & animum ex corpore & animo deterrimo? Id, Hercule, ipsum est quod sæpenumero mira-

ra-

94 *De Fornicatione Cavenda*

ramur, quosdam pudicarum mulierum liberos neque corporibus neque animis parentum suorum similes existere. Præterea quæ partus suos deserunt ablegantque à sese & aliis nutriendos dedunt, vinculum illud coagulumque animi & amoris quo natura parentes cum filiis consociat, interscindunt aut certe quidem diluunt deteruntque; ita Favorinus apud A. Gellium xii. i. Agni non sinunt se subrumari ab alienis animantibus. Columella, lib. viii. Videte itaque quam valde expediat liberis illos fonte tuorum uberum rigari. Theodora Constantii Chlorigorsors non hoc ignorabat. Illa enim, postquam partum solvisset, ipsamet infanti suum lac præbuit Ude in Numm. **PIETAS ROMANA.** Tandem ubi exaruit fons, renunciant exercitiis conjugati. Cum Theosebio apud Photium 1037. obliviscantur familiaritatis & officium repudient nuptiale. Habeant senes uxores tanquam non habentes, I Cor. vii. 29. In aere piscantur effœti. Non infœcundus, sed & letalis in senio coitus. Decrepiti æque ac pueri maximis suis damnis languentes stimulos irritant. *Juvenilis luxuria senectuti proxima, senilis sepulchro contigua est.* Democritus vitale semen conservando dicitur
ad

ADMONITIO. 95

ad centesimum pervenisse annum *Tertull.*
45. *Apol.* Brachmanes ob hanc causam
καρπέσις. *Dio Chryf.* xxxv. Sicut & Bo-
nionenses, *Phleg. Trallian.* Quare fibulam
arni imponite supremam: ita tamen ut to-
i focia ob memoriam juventutis semper
metur. Caveant vetulæ ossa excitare
remata. Cum jam diu in insepultis con-
enuistis membris dissipate pulveres noven-
liales. Nunc calculi subducendi & vasa
olligenda restant. Nunc iter cœlestem
litandum, ad quod suscipiendum non da-
ur viaticum salubrius castitate.

*Oscula rara dabis nobis & non dabis
ultra*

Est quoque impudicitia quædam in nup-
iis secundis. Apud Romanos quæ pas-
im permutabat viros ob confusionem no-
minum, publica detestatione digna erat,
al. Max. ii. i. Nemo integræ famæ
illam dignabatur salutare. E contra Uni-
iræ semper in solennibus magnus habe-
atur honor. Huic princeps cedebatur lo-
us. Pudicitia signum in foro boario ne-
fas

96 *De Fornicatione Cavenda*
fas erat attingi nisi ab ea, quæ semel nup-
ferat. *Fest.* In lapidibus omnibus U N I -
V I R A.

*Ille meos primus qui me sibi junxit a-
mores*
Abstulit, ille habeat secum servetque
sepulchro.

Christiani βιγαμίαν vocarunt μοιχείαν.
Tertullianus *voluptuosum dedecus.* Τῆς εκ-
κλησίας εὐπάσμα, Basil. M. *Evolve Am-
brosum*, p. 217. & Chrysof. *de Virgini-
tate.* Augustinus vero Cataphrygas, Monta-
nistas & Novatianos ob id vituperat.
Quod si non omnes, at saltem Mater v.
liberorum sit sua sorte contenta. Contri-
tum flammeum & cervix jugo fessa repos-
cunt ut nunc vas suum possideat ἐν ἀγ-
ασμῶ καὶ πρῆ. Sicut apud Schytas cum re-
gibus sepeliri solebant coqui, pincernæ at-
que pellices: ita vidua cum cineribus de-
functi omnem lenociniorum comburat ap-
paratum: sic quasi navis relevata (nemo
cum sarcinis enatat) emerget & cœlesti
unietur sponso. *Apocal. xix. 9.* Quæ
vidua est speret in dominum. *I Tim. v.*
De-

ADMONITIO. 97

Desolata capiat solatium ex *i Joan. ii. 17.*
tudeat regnum Dei consequi puritate. Ca-
o autem & sanguis istud possidere non
possunt.

Virginibus, quæ usque ad senectutem
corpus servaverunt impollutum, ipsa vir-
utis constantia sit calcar ad perseverantiam.
Signata B. Mariæ virginitas sit illi lampas
& vitæ suæ cynosura. Corporis habitum
componat ad verecundiam & honestatem,
& sic suis illecebris ipsa virtus trahet ad
terum decus.

Te lana prope nobilem

Tonsæ Luceriam, non citharæ decent.

Exerceat se ἀσκησία pervigiliis, genicula-
tionibus atque jejuniis. Omne punctum
ulere & illæ qui quæve propter regnum
celorum cogitationes pravæ ἐνὸς χιόου,
Math. xii. Ad nuptias xxx. ad viduita-
atem lx. & ad hos & illa c. Coerceat
cogitationes intra gyrum pudicitiae. Si pu-
lico amore langueas, te intemeratam of-
culabitur osculo oris sui Christus, fulciet
e, futuræ fælicitatis securam, malis cit-
eis & tandem desideriis amoris cœlestis

G

lan-

98 *De Fornicatione Cavenda*

languentem in serenissimarum electarum collocabit sedem, *Malach. iii. 3. 4.* Quæ seminat in spiritu de spiritu vitam mercabitur æternam. Animus cœlesti amore passus & pudicitia ornatus in virtutem resolvitur cœlestem. Christus habet milenas ministras Phœbo puriores : si quoque inter illas desideres computari, nocte dieque ἐν πάσῃ ἀγνεΐᾳ excuba & ventila faces. Accende lampades iisque infunde oleum bonorum operum, ut si forte de nocte veniat Redemptor, ei accensis facibus obviam ire possis ejulans; Benedictus qui venit in nomine Domini.

Καλὸν μὲν δέμαϊ ἄγνον ἔχειν ἀδιήτα π
μιμειν
Παρθενικὴν καθαροῖσι τ' αἰὲ μελετήμασι
χαίρειν.

Verum enimvero cum nullus ex voluntate viri & mulieris fatus in hac vita consequi possit habitum pudicitiae & castitatis (Continentia est perfectionis fastigium & omnium virtutum apex Pudicitia. Quæ summa integritas non contigit mortali. *Miser ego homo ! quis me liberabit?*) quid ali-

ADMONITIO. 99

aud dicendum quam cum omnes debel-
 verimus hostes, semper tamen nobis à
 rimæ ætatis carceribus ad metam usque
 am carne, mundo & Satana superesse lu-
 am. Videtur supremus Ἀγωνοθέτης,
 hinc Holophernem nobis reliquisse per-
 ptuum, ut cum virtus sine adversario
 arceat, semper cum eo ἐναγώνιοι perti-
 citer certemus, donec tandem rever-
 tur purus. Cum molle agens in molle tor-
 pseat, è contra durum collidat molle, ideo
 perator supremus, ne otis delibuti &
 ignitie vel inertia deliniti pereant mili-
 as, eos assiduis exercet laboribus. Ob-
 it Dux difficultates & quos amat im-
 pcat tentationibus. Non inducit nos
 eter cœlestis in tentationes, sed in ipsa se-
 mi fiducia nos probat.

*Securo nihil est te, Navole, pejus: eo-
 dem*

Sollicito, nihil est, Navole, te melius.

In adversis unumquemque explorat
 Eus. Sicut aurum igne, ita nos dif-
 cminibus expolitur. Calamitas virtutis
 occasio est. Non est mollis è terris ad

astra via. Qui parcè, sobriè, severè, ca-
 stèque vivit, is nullam habet luctam:
 qui autem cum affectibus pugnat, sudat
 & alget, interim manet continens, ille
 majorem reportabit gloriam quam tempe-
 rans. Nemo enim præmium percipit an-
 te experimentum. Christiano certandum
 per totam vitam suam. Nam nullas in-
 ducias largiuntur ejus hostes. *Esto fidelis
 usque ad mortem & tibi dabo coronam vite*
 inquit Βραβδύτης. Oportet laurum Hercu-
 lis ritu morte petamus. In Olympicis
 Pythiisque non ille consequitur oleastrum,
 qui cum pulvere relictus luctatur, sed
 qui usque ad finem extremum, quod con-
 tendit, obtinuit. In Prometheis is victor
 erat qui cursum perfecisset inextinctâ fa-
 ce: ita qui lampade accensâ ad ultimum
 conflictûs punctum perseverat, is λαμπα-
 δηφόρος victor ac triumphator erit. Vir-
 tutis apex πλειν δρόμον. Quò amari-
 or lucta, eò gratior victoria. Quò longior
 pugna, eò sublimior adorea. Cum om-
 nia peccata nos rapiant invitos, concupis-
 centia autem carnis intus struat insidias
 & nos reluctantes percellat voluptate, i-
 deo nullum vitium difficilius potest vin-
 ci

ADMONITIO. 101

quam voluptuosa carnis libido. Pudicus hostis qui palam aggreditur, facile evadendo potest vitari: at hic adversarius incertam suam opprimit antequam potest explorari. Unde possitis colligere quantum gloriae reportaverit quisquis intestinam domaverit belluam & tam blandum superaverit hostem. Certè qui domesticam hanc animam subegerit, ille seipso fortior fuit: nam ipsi naturæ vim intulit & insitis atque innatis vitis mederi potuit: adeoque majorem quam Furius de Gallis, Papyrius de Samnitibus, Scipio de Numantia reportavit triumphum. Scipio ad Masinissam. *Non est tantum ab hostibus armatis nostri periculi, quantum ab circumfundique voluptatibus. Qui eas sua fræne virtute ac temperantia domuit, multo majus ille decus majoremque sibi peperit victricem quam nos Syphace victo habemus.* Livius lib. 30. Fuit olim Scipionis Africani præter alios suæ ætatis castissimi statuarum inscriptum MAXIMARUM CUNCIARUM VICTORIA VICTA VOLUPTAS. Intueamur inconcussam Scipionis robur. Contemplemur ejus animi vires easque, si pote sit, æmulemur. A-

G 3

lex-

Alexander Mag. Cum Apelli mandâisset ut Pancaften nudam pingeret, atque ex pictura tantum hausisset furorem, ut corpus suum mentemque, ne spectatoribus ludibrio foret, statim converterit aliorsum, Pictori suos concessit amores. Magnus animo, major imperio sui nec minor hoc facto quam triumpho militari. Seipsum enim vicit, quo altior virtus ire non potest, *nec torum tantum, sed & affectum suum reliquit artifici.* Agedum, commilitones, si quid nos facere oporteat, habeamus nos nosmetipsos in potestate, & contra appetitus nostros tanquam contra intestinum hostem pugnemus, sic Alexandro Mag. palmam reddemus dubiam. Summa perfectio passiones habere in potestate, nec ab iis regi, sed illas ipsas moderari. Cogamus omnes virtutes & induamus *τὴν πανοπλίαν τῆς θεῆς.* Sic fides clypeus, verecundia galea, justitia thorax, pudicitia gladium, temperantia cingulum, & denique abstinentia castrum. His egregiis undiquaque muniti, cincti & septi præsidibus ignita quævis maligni tela repellemus. Sed cum nisi magni animi & excelsi & prudentia fortitudineque fi-
den-

ADMONITIO. 103

entis sit expetere pugnam, & indicere
 illum: nos autem post lapsum imbelles
 mus & integritatis nostræ interempto-
 m, salvâ pudicitia, domare non possi-
 mus, (quis enim potuit? aut potuit un-
 quam?) magis tutum videbitur non pu-
 gnare. Comicus malebat luctari *cum Leo-*
, cum Excetra, cum Apro Aetolio, cum
tribus Stymphalicis, quam cum Amore.
 quippe si unam viceris, statim alia subna-
 tur hydra. Ratio quia certaminis cogi-
 tio absorbet meditantem. Nam simulac-
 rantasia sibi depingit hostem, inficitur
 a necessitate cogitati.

Primus ille motus, rationis expertus, concu-
 tes non paulatim incipit, sed dum proce-
 dit totus est. Utinam possimus ita caput
 edicare serpentis ut calcaneum nostrum
 mordere non possit! Sed nunc cum ca-
 pit serpentis conterimus calces nostros mor-
 det os contusum, sæpeque victoris pedes
 implicat laqueis, quibus illum iterum sub-
 iam redigit ditionem. *Durum est contra*
stimulos carnis calcitrare. Sicut is qui ex-
 tremam partem longæ tenuisque hastæ mo-
 vens motum diffundit: ita qui finit sensus
 cæti & stimulos moveri motum retinere

G 4

non

non potest. Solet Serpens occultare virus suum & obliquè insidiari. Si vel latum unguem illi cedamus. Qui putat se interfecisse cupiditates sæpe à reliquiis evertitur. Cum itaque tanto periculo moveamur præstigiæque semel incitatæ non soleant bonâ fide mansuescere, ideo sumus eâ vigilantia ac sagacitate, ut obliquum meditantis ictum vitemus nosque celeri fugâ salvemus. Dementis est sereno celo optare tempestatem. Potius eripienda sunt vela vento. Ulciscenda quidem esset injuria toti mortalium generi illata: sed quis hominum natorem Veteratoris, qui per tot sæcula percalluit, versutos dolos possit illudere? Omnibus omissis una cautio *fugere*. Simulac in Phædras, Calvinas, Catienas, Argentarias, similesque incidimus belluas, ne perurbatione afflictemur, cum Bellerophonte consilium habeamus in arena. Quod assequemur si fugiamus. Fugere non est adventanti obviam procedere hostemque invadere, sed vitare plagas & tanquam ex incendio effugere. *Τὰς ἢ νεωτέρινας ἐπιθυμίας Φεύγε.* Non minor est virtus benè fugere quam fortiter pugnare. *Virtus est vitium fugere, & sapientia prima stultitia carnisse.*

Jo-

ADMONITIO. 105

Josephus relicto pallio in manus adulteræ
egit & egressus est foras. Gen. 39. Nec tan-
tum declinandi sunt hujus sæculi scopuli :
sed nunc identidem nosmetipsos effugere
debemus. Quod ut intelligamus oportet
ut collecta in se ipsam virtus, simulac ei
obversatur obluctatio, incunctanter conver-
tat vim suam in meditationes spirituales.

Sed fugitare decet simulachra & pabula a-
moris,

Absterrere sibi atque aliò convertere men-
tem.

Quid jucundius quam æternitatem medita-
ri, & cœlestia illa gaudia mentis excessu
præcerpere; Multo magis etiam elaboran-
tum ut à nobismet ipsis discedamus. Ni-
si obstemus nos nobis præsto sunt naturæ
infirmæ infirmitates. Quod si à nobis ipsis
discedamus discedent & illæ imbecillitates.
Sumus innocentes. Optimus triumphus
innocentia. Innocentia est commotionis va-
nitas. Innocens dicitur non qui nihil no-
cet, sed qui nocere ignorat. Sicut aquæ
tranquillitas intelligitur cum ne minima
aura commovit fluctus: ita placatus animi

G 5

sta-

status cernitur cum perturbatio nulla est. Qui sunt corde mundi illi placidissima in animo pacè fruuntur. *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus erga patrem cœlestem.* Hoc itaque simplex & unicum teneamus *Non gestire.* Qui non gestit ille omni animi motu vacuus est. Sed cùm nemo adeo sit humanitatis exhæres, ut hæreditarium malum non illum commoveat omnino: ideo ferociente & insultante intestino simul & extraneo hoste auxilium Dei implorandum est. Sævis in undis, ut naufragus ligno, ita cruci Redemptoris nostri adhærendum est. Is qui omnium Rector est & amator suorum ipsis procellis statuet modum, nosque fluctuantes ex sævissima tempestate eripiet, & tandem sanctum Pæana canentium choro adscribet. *Κύριε ἐλέησον.*

Ad Te itaque nos vertimus, Fons pudicitiae & castitatis. Tuam manus expansis, tuam genibus flexis deposcimus opem. Contrito corde confitemur peccata nostra. Peccavimus, peccavimus prodigi. Cogitationibus, factis & facinoribus tuam, cheu! laceffivimus iram, tuam in nos provocavimus vindictam. Sumus à capi-

ADMONITIO. 107

ad calcem saniosi, nec pars ulla, pro-
pinus! in nobis sana. At tu, pater be-
gne, pœnitentibus nunquam tuam de-
gasti gratiam. Torquent nos à nativi-
te contracta usque in hunc diem conge-
lata debita. Deprecamur æs conflatum,
non alienum sed nostrum. Imploramus
tam misericordiam supplices. Petimus,
erga nos pœnitentes & mœrore pro-
ratos digneris esse misericors. Hanc
tam munificentiam, bone Deus, largire
nobis propter satisfactionem filii tui unige-
niti, qui majorum nostrorum offensas pre-
cioso suo sanguine expunxit ac delevit.
Sicut nativitatæ nostræ macula, purissimo
inmaculati agni sanguine abluisti: ita nunc
increpantes veteris contagii spinas evelle,
radica, & Spiritus tui Sancti igne con-
sume. Libera nos, Pater cœlestis, ab in-
bibido appetitu, à cordis, à mentis cæci-
tate. Cor mundum crea in nobis, Do-
mine, & Spiritum rectum innova cerebro
nostro: Defende nos contra insidias inte-
ni & semper vigilantis mali: nec patia-
mur nos filios tuos maligni vafricie duci in
tentationes. Interveni cogitationibus no-
stris, Sanctissimum Numen, ne qui pec-
cati

cati primi Dux, auctor & actor fuit, se nostræ immisceat phantasiæ. Illabere intellectui nostro, ut possimus nos ipsos prudenter tueri. Averrunca nosmet à nobis ut possimus nosmet ipsos effugere. Dissipa caligines ut possimus videre vanitatem. Doce nos statuta tua ut valeamus evitare occursum mali. Sicut ex malitiæ ludo peccatrices perduxisti in gymnasium virtutis: ita nos è voragine impuritatis extrahe. Cum autem insito morbo mederi non nisi connubio possit, ideo quæsumus ut nobis familiæque nostræ sis propitius. Tu qui humanæ fragilitatis conscius es, Deus, ulceribus nostris medicinam provide salutarem. Desodes pudicam, sinceram & bene moratam sociam, ut bini illum, quo ardemus cœlibes, ignem extinguamus conjugati. In ipso geniali lecto, ut torus fiat immaculatus, converte desideria nostra ad verecundiam & sobrietatem. Perseveremus vasa nostra custodire in honore & castitate donec his excussis, novis induti corporibus, coronam consequamur perfectissimæ integritatis, illaque qua nunc ἅγιοι τετελειωμένοι gavisi tuas decantant laudes, nos quo-

A D M O N I T I O. 109

quoque in exaltatione ante majestatis tuæ
conspicuum constituti in æternum gaudea-
mus sanctitate. Annue votis, annue pre-
ces nostris, ô Pater & Sator noster!
er & propter tuum erga genus humanum
morem, simul & propter Filii tui Re-
emptoris nostri Jesu Christi victoriam.
Cui pariter ac Tibi, omnipotens & æter-
ne Deus, & Spiritui Sancto sit honor &
gloria & potestas nunc & semper in sæcula
seculorum. *Amen.*

Hadrianus Beverlandus

Supplex orabat in arce Vindeforiensi,
Anno 1693.

F I N I S.